Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Theologica polemica, dogmatica, speculativa et moralis - Cod. Ettenheim-Münster 254

Bulffer, Gervas

[S.l.], 1788

Pra 1ma

urn:nbn:de:bsz:31-128393

Visual Library

Pars prima
De
Fundamentis essentialibus
Religionis Christiana.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

XIV

Caput primum
de Deo et creatione hominis.

N. 1.

I

Veritatem vero Religionis Christianae propugnaturus necesse est, ut ab ovo exordiar nimirum de Deo, et creatione hominis; nam si Deus non est, coli etiam non potest, et si homo non datur, nemo est, qui eum colere potest, quia licet mundus existat, nulla tamen res in illo invenitur, quae Deum intelligere et cognoscere potest, nisi solus homo. igitur pro fundamento utramque existentiam Dei et hominis omnibus aliis rebus proponere oportet.

De Dei existentia et creatione mundi alibi plura nimirum N. 260. infra dicentur, ex quibus hic tantum suppono, neminem nisi insipientem esse, qui neget, ens ab aeterno, et à se ipso esse, quod omnia regit et gubernat, consequenter etiam creavit, quod nemo nisi Deus seu ens perfectissimum, omnipotens et omnificum facere potest.

II

Quod etiam detur homo, qui non à se ipso, sed à Deo creatus sit, nemo negare potest, quin se ipsum deneget. cur autem Deus illum creaverit, alia ratio dari non potest ait S. Augustinus l. ii. Confess. c. 2. nisi ut suam infinitam bonitatem etiam creaturis communicaret. et ut communicaret, „dedit „illi cor excogitandi, et disciplina intellectus replevit illum, „creavitque illum scientiam spiritus, et sensu implevit cor illius „et bona et mala ostendit illi — ut nomen sanctificationis

N. 2.

„ collaudet, et glorietur in mirabilibus eius, atqp magnalia
„ enarret operum eius.„ Eccli 17.5.

Hoc dona autem Deus homini dedit non tantum ad tempus, sed ut in aeternum cum illo vivat, et propria gloria sua eum participem faciat, propterea illum ad imaginem et similitudinem creavit suam, ut sicut ille in aeternum vivit, ita etiam homo cum illo aeternum vivat, et sic imaginem eius referat.

Mundo igitur cum habitaculo hominis creato creavit et ipsum hominem, masculum et feminam creavit, ut per eos totum genus humanum propagaretur. corpus adae formavit ex limo terra, corpus Evae ex costa adami, et inspiravit eis spiraculum vitae, et facti sunt in animam viventem. ambo erant in innocentia et justitia creati ut prae ut opus dei perfectum, in quo sibi ipse deus complacebat, nihil contradictionis aut mali in se habentes.

Cum autem non decaret, ut deus illis gloriam suam gratis donaret, et creaturas et servos suos in suo servitio conservaret, ut sic quoqp ipsi illam promereri possent, rad„ jecit mandata et praecepta sua, et reliquit illos in manu „ consilij sui „ cum hac conditione „ ut si voluerint man„ data servare, eos quoqp conservare velle „ Eccli 15.14. secus si inobedientes fuerint, morte morientur.

III

N.3. Jam oritur quaestio, quonam praecepta deus primis hominibus in statu innocentiae dederit? Moyses memorat quidem deo, neminem ne vescantur de ligno scientiae boni et mali et quidem sub poena mortis, et ut operarentur in paradiso et custodirent illum. verum hae deo praecepta tantum data erant ad tentandam illius obedientiam, qua

eis non sufficiebant ad finem suum assequendum. nam hoc ipso, quia hoc praecepta data sunt ad tentandam illorum obedientiam, debuerunt etiam scire, quis ille sit, qui eis hoc praecepta dedit. non est dubium, quod Deus illis omnia revelaverit, quomodo mundum et ipsos creaverit, alias Adam scire non potuisset, quod Eva ex ossibus eius formata fuerit.

Non legimus etiam quod Deus illis quidam in scriptis praecepta dederit, bene tamen quod omnia alia praecepta in cordibus illorum scripserit, sic enim testatur apostolus Rom. 2. 14. dicens: „ cum enim gentes, quae legem non habent, na„turaliter ea, quae legis sunt, facient, eiusmodi leges non „ habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis „ scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis „ conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus „ accusantibus, aut etiam defendentibus. „ N. 4.

Indidit igitur Deus ab initio naturae humanae rationem, quae hominem in omnibus actionibus suis secundum suam voluntatem dirigat; nam quia Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam creavit, ut ergo ei sit similis, iuxta voluntatem suam operari debet: ergo ei quoque scientiam ei indere debuit, ut eius voluntatem cognoscat et sciat, quae cognitio lex naturalis vocatur. Et ne erret, aut si erraverit errorem suum statim agnoscat, et corrigat, indidit ei quoque Deus iudicium propriam, nempe conscientiam, quae aut bonum approbat, aut malum corripit, ut quivis homo in se ipso experientiam habet adamo primo teste, qui statim post perpetratum peccatum corripiente ipsum propria conscientia se coram Deo occultavit. N. 5.

Ex quibus sequitur, Deum jam ab initio istis hominibus per legem naturæ omnia præcepta dedisse, quæ ad cultum Divinum, salutem animarum, et societatem humanam procurandam necessaria sunt, etsi scripta non fuerint, aut scripturæ sacræ de iis ex expressam mentionem non faciat.

Sic præter revelationem ex sola lege naturæ Deum ut creatorem et Dominum suum agnoscere poterunt. „ invisibilia enim „ ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta con- „ spiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, et divinitas, ita ut „ sint inexcusabiles. „ Rom. 1. 20. „ à magnitudine enim speciei et „ creaturæ cognoscibiles poterit creator horum videri; Sap. 13. 5. Si ergo Deum ut creatorem et Dominum suum agnoverunt, ratio ipsis quoque dictabat, ut eum adorent, colant, et ei serviant, prout testantur primi filij Adæ, qui in signum supremi Dominij Dei in omnes res creatas et in gratiarum actionem sacrificia obtulerunt, quos secuti sunt posteriores Patriarchæ Noe, Abraham et alij. imò quod et Deus ordinem ad hoc sacrificia celebranda certas ceremonias præcepit, patet ex gen. 26. 4. ubi Deus ad Isaac sic locutus est: „ benedicentur in semine „ tuo omnes gentes terræ, eò quod obedierit Abraham voci „ meæ, et custodierit præcepta et mandata mea et ceremonias „ leges que servaverit que hoc et clarius habetur gen. 15. 9. ubi Deus Abrahamo tam sacrificium quam modum sacrificandi præcepit.

Revelavit quoque Deus Adamo, quod septima die cessarit ab omni opere creationis mundi, „ et benedixerit diei septimo „ et sanctificaverit illum „ gen. 2. 3. et ideo præcepit ei, ut ipse quoque sanctificet hunc diem, quod ei non revelaret, si non et

ipsa hoc facere debuisset. et sic habemus tria prima
praecepta Decalogi.

Dein adam constitutus est pater totius generis humani,
consequenter etiam fieri debuit, qui cum posteris suis se
gerere debeat juxta voluntatem dei, quae doctrina in
caeteris septem praeceptis Decalogi continetur, et in his
paucis verbis comprehenditur: " omnia quaecunque vultis,
" ut faciant vobis homines, et vos facite illis, hoc est enim
" lex et propheta " Math. 7. 12. et vicissim: quod tibi non vis
fieri, alteri ne feceris. quam doctrinam legis naturae esse, nemo
negabit. et sic habemus totum decalogum, cuius ultima
praecepta facile etiam ex actis in lege naturae factis eruuntur,
fiebant enim omnes, se debere patrem et matrem honorare,
et ipsis licitum non esse occidere, moechari, furari, falsum
testimonium contra proximum dicere, atque res alienas con-
cupiscere, quia haec omnia ipsa ratio dictat, et conscientia
aut approbat aut reprobat.

Sciverunt etiam matrimonium fuisse ~~ideo~~ à deo institutum N. 6.
et ideo indissolubile, alias adam non dixisset: " et erunt duo
" in carne una. gen. 2. 24.

Praeterea et praecepta judicialia à deo oretenus acceperunt, N. 7.
alias cain gen. 4. 14. occiso fratre sibi non timuisset, ne à
quovis occidatur, et Judas nurum suam Thamar ob forni-
cationem morti non adjudicasset, si non utique sciisset, has
poenas ob ista crimina à deo praecepta esse. item ibi v. 8.
Judas dedit filio suo onam nurum suam in uxorem, ut
suscitet fratri suo mortuo semen, quod postea de novo deut. 25.
5. praeceptum fuit. et sic patet, quod homines in lege naturae
ferè omnia praecepta habuisse, quae postea in lege Moysis in scriptis
data fuerunt.

N. 8. Et hoc erat constitutio hominis in statu innocentiæ, qui per hoc media salutem suam æternam consequi potuisset, si in statu gratiæ permansisset. ad postquam peccavit, tota natura corrupta fuit. voluntas propter inhærentem concupiscentiam ad malum inclinabatur, arbitrium fuscatum, imago dei ferè penitus extincta, anima labe peccati infecta, et cuncta cogitatio cordis ad malum intenta, quod videmus in posteris ado, qui omnes (: paucis exceptis justis :) à deo recesserunt, et omnis terra iniquitate repleta est.

Pessimum erat, quod adam suo peccato totam naturam humanam non tantum labe peccati, sed etiam tanta culpa infecerit, pro qua nemo sive homo sive angelus utpote malitia infinita satisfacere potuit, quam tamen satisfactionem justitia divina exigebat, ut homo finem suum, ad quem creatus est, assequi posset. quid igitur consilij in hoc statu, in quo homo neq; culpam diluere, neq; pro illa satisfacere potuit? En! infinitam misericordiam dei! statim post peccatum ajebat gen. 3. 14. Deus ad serpentem, qui mulierem ad peccatum induxit: „quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et „semen illius: ipsa (: septuaginta legunt ipse :) conteret caput „tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius.„ per quod semen mulieris Deus nihil aliud intellexit, quam deum filium suum, galat. 3. 8. quem postea ex abraham oriundum, et ex maria virgine naturam humanam assumpsurum prædixit, qui ut homo Deus solus debitum ado solvere, et justitiæ divinæ satisfacere potuit.

N. 9. Et quia tempus adventus eius consilio divino dilatum fuit, et interim nemo pereat, filius dei ipse se vadem constituit

suo tempore omnia soluturus pro iis, qui credituri sunt in eum,
hinc factum est, ut ab illo tempore omnes homines per fidem
in idem salvari potuerunt, et salvati fuerunt, ut prosolus
Reb. ii. testatur.

videns autem Deus, quod „multa malitia hominum esset N. 10.
in terra, et cuncta cogitatio intenta esset ad malum gen. 6. 5.
et nemo se salvare vellet, elegit sibi populum peculiarem filios
Israel, ut saltem hos ad suum servitium adstringeret, et
dedit eis per Moysen legem in tabulis lapideis digito Dei scrip-
tam, cum hoc praecepto: „erunt verba hæc, quæ ego pre-
„cipio tibi hodie, in corde tuo, et narrabis ea filiis tuis, et
„meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in
„itinere, dormiens atque consurgens, et ligabis ea quasi
„signum in manu tua, erunt que et movebuntur inter oculos
„tuos, scribesque ea in limine et postis domûs tuæ „Deut. 6.
ne obliviscaris eorum. „igitur lex hæc propter trans-
„gressiones posita est. „galat. 3. 19. et sic habemus ori-
ginem S. Scripturæ.

Caput 2dum
Quid sit hæc Scriptura sacra.

De Scriptura hac sacra ait sacer textus Exod. 31. 18. N. 11.
„dedit que Dominus Moysi completis huiusce modis ser-
„monibus in monte Sinay duas tabulas testimonij
„lapideas scriptas digito Dei. „ in his tabulis scripta
erant, in prima: tria prima præcepta Decalogi, quæ ad
Dei cultum et venerationem pertinebant; in altera septem
alia præcepta, quæ proximi utilitatem concernunt, adeoque
sunt eadem præcepta, quæ Deus homini in legenatura
iam dederat, et hic scripta et quidem in tabulis lapideis

tantum renovata sunt, ne tam facilè è memoria hominum excidant, aut omninò negari valeant.

Dedit autem Deus populo suo adhuc multa alia precepta per Moysin, quæ sub pœna mortis observare debebat, „ nec illis aliquid addere, vel aliquid auferre licitum erat. Deut. 4. 2.

Vocantur etiam hæc præcepta Lex Moysis, non quod Moyses illam fecerit, sed quia Deus eam per Moysen populo promulgavit. item Lex scripta ad distinctionem legis naturalis, quæ leges licet sint in substantia eædem, tamen hæc in scriptis tradita non sunt, sed ordinem data, aut naturæ indita. item Testamentum vetus, quod nimirum Deus cum populo Israel pepigerat, donec novum per filium Dei promulgaretur.

Constat hoc testamentum quinque libris à Moyse exaratis, et ideo Pentateuchus dictus, de quo nunc est quæstio.

Caput 3tiu

N. 12 An in nova lege adhuc auctoritatem habeat?

Si quis hanc quæstionem obiter tantum secundum vulgarem opinionem aut inanem Modernam philosophiam decisurus est, uno verbo negativè assensum præbebit. at si Scriptura ipsa penitius inspicitur, atque eius materiæ ad libram veritatis pensantur, longè aliter judicandum erit. unde quia hæc res majorem

et diligentiorem disquisitionem revetur, materias singulas huius legis perscrutari necesse est.

Liber geneseos.

In libro 1mo describit Moyses totam oeconomiam creationis mundi et hominis, eius qp lapsum in peccatum, eius poenas et promissionem Messiae. 2do deinde enarrat generationes ado et posterorum eorumqp totales vitae usqp ad Noe. N. 13.

3tio texit historiam de diluvio, conservatione Noe et filiorum, eorumqp generationes, et quomodo disseminatum fil omne genus hominum super universam terram, usqp ad abraham.

4to recenset vocationem abrahae, eius benedictiones et sacrificia, ortum Messiae ex ipso, sacrificium Melchisedech, Nativitatem Isaaci, incendium Sodomae, oblationem filij sui Isaac, et iteratam promissionem Messiae: mortem Saraae uxoris abraham: conjugium Isaaci: mortem abrahae et generationes Isaae.

5to refert historiam de filijs Isaaci Esau et Jacob, quomodo hic priori in benedictione praepositus fuerit, de eius conjugio et generatione duodecim filiorum Israel, de sacrificiis et decimis eius: de Josepho venditio eiusqp regimine in aegypto, et quomodo se fratribus suis manifestaverit: de descensu Jacob cum filijs suis in aegyptum: de morte Jacobi et benedictionibus eius, et de morte Josephi.

Liber Exodes.

In libro 2do describit duram populi Israelitici ser- N. 14.

vitulem: vocationem Moysis à Deo ad educendum populum Israel ex Egypto: eius miracula coram Pharaone patrata: ritum agni paschalis immolandi et comedendi: suffocationem Pharaonis in mari rubro: de Manna et coturnicibus: de productione aquae ex petra:

2do de traditione legis in monte Sinai. de praeceptis judicialibus:

3tio de primitiis et donis ad arcam et tabernaculum faciendis. de aliis rebus in tabernaculo constituendis v.g. de mensa, candelabro et altari holocaustorum

4to de indumentis pontificalibus: de consecratione sacerdotum et altaris thymiamatis et oblatione pecunia in usus tabernaculi.

5to de vitulo aureo eiusque punitione.

6to. de praeceptis de primogenitis, sabbato, azimis, et festis. de constructione et forma tabernaculi, arcae propitiatorii et item altaris holocaustorum.

Liber Leviticus

N. 15

1o tractat de ritu et modo offerendorum pecudum et avium: item sacrificiorum similes, thuris, panum, caganorum et primitiarum: item hostiis pacificorum: item hostiis pro peccato sacerdotis, totius plebis et populi:

2do de consecratione ipsa pontificis, sacerdotum, tabernaculi: de igne profano non adhibendo: de animalibus mundis et immundis.

3tio de immunditia puerperae, de lepra: de viris seminifluis, de muliere menstruosa.

4to quotiies liceat ingredi in sanctum sanctorum: de sacrificio soli deo offerendo: de gradibus conjugij prohibitis, et alijs carnalibus copulis prohibitis.
5to de variis preceptis moralibus et ceremonialibus: quae penata norte plectenda.
6to quales uxores à sacerdotibus ducendae, et qui sint conjugij sacerdotij: et quae offerri possint, atque se contaminent cibij immundis.
1mo Ritus sabbati, paschae et aliorum festorum: lucernarum, panum propositionis: pena blasphemorum et seditionis.
2do. de Jubileo: de promissione preceptis servantibus, et pena non servantibus.
3tio de votis et decimarum solutione.

Liber Numeri.

N:16.

In libro 4to recenset Moyses omnes filios Israel ad bellandum aptos. item Levitas qui in tabernaculo servire debant juxta mandatum dei.
2do repetit legem de primitiis ac oblationibus et legem zelotypie. item agit de consecratione Nazaraeorum, et forma benedicendi populum. item de oblationibus principum in dedicationem tabernaculi et altaris. item de otate et consecratione Levitarum.
3tio de celebratione pasche, et duabus tubis argenteis.
4to de pena carnes appetentium: de pena Maria propter murmurationem.
5to de Exploratoribus ad considerandam terram promissam. de pena sabbato ligna colligentis et alijs peccatis ignorantiae et superbiae, et seditione core

6to de virga aaronis florente: de oneribus sacerdotum ex exuviis Levitarum. de aqua Lustrationis de morte Mariae et aqua contradictionis.
7mo de serpentibus ignitis. cap. 21. de actibus Balaam prophetae, et de eius prophetia de Christo. cap. 24.
8vo de dividenda terra promissa
9no. de sacrificiis quotidianis et solemnitatibus.
10. de votis virorum, mulierum et filiorum.
11. de bello cum Madianitis, et 42. mansionibus in deserto. item de situ terrae promissae et divisione eius. de urbibus Levitarum et refugii. item ut filiae paternae hereditatis nubant contribulibus suis, ne tribus misceantur.

Liber Deuteronomii

N. 17. In 5to libro repetit Moyses omnes leges et mandata Domini in prioribus libris conscripta, et exhortatur populum ad servanda ea, comminando transgressores mutis poenis, et promittendo multa bona ea servantibus et admonet illos, ne ullis aliis prophetis fidem adhibeant. item si ambiguum quid fuerit, ad sacerdotis iudicium confugiant cap. 17. et quomodo Rex se gerere debeat ibi. Item praedicit, Deum alium prophetam nempe Messiam Joan. 1. 45. suscitaturum, quem audiant et ei obediant. cap. 18. denique moribus benedicit tribubus Israel, et sepultus est in terra Moab.

Et in his constat tota lex Mosaica seu vetus testamentum, quod Deus cum filiis Israel per Moysen pepigerat.

Hoc Testamentum juxta accuratam chronologiam N. 18.
S. Scripturæ in monte Sinai à deo constitutum est
anno Mundi 2513. et duravit usqs ad mortem Christi
nempe ab his annis mundi usqs ad annos 4032. quia
Christus illam in vita sua non sustulit, sed adimplevit.

Nunc ad solutionem quæstionis propius accedendo; præstimis

Notandum est, Leges Mosaicas in se varias na- N. 19.
turas continere, nempe leges morales in decalogo
contentas; leges ceremoniales ad sacerdotes et sacri-
ficia pertinentes, leges judiciales, in judiciis ob-
servandas; prophetias de Messia: Historias varias
de creatione mundi, et quidquid auditur usqs ad finem
legis. denique genealogias varias ab adam usqs
ad obitum Moysis, prout hæc omnia ex Sacra Scrip-
turæ extractibus manifesta sunt.

Leges morales, quæ tum in Decalogo tum in alis N. 20.
locis Scripturæ inveniuntur, nunquam mutari aut
tolli possunt, quia fundantur in lege naturæ, quæ
nihil aliud est quam dictamen rationis omnes actiones
prophanas divinæ voluntati conformiter instituendi, ut
deus à suis creaturis debito modo colatur, et ita
finem suum, ad quem creatæ sunt, assequantur.
nam si hæc lex mutari posset, sequeretur volun-
tatem ipsam divinam mutabilem fore, quod dicere
non tam impium sed et impossibile est, quia alia, deus
non esset, cum et ipse dicat: a „ego Dominus et non mutor.„ a Malach. 3. 6.

Imo et ipsa ratio hominis tolli deberet, quia hanc legem dictat, et ipsius tota virtus et vis in hoc dictamine consistit; inde quia natura indita est, in omni statu hominis inconcussa manere debet. et licet per peccatum, et peccati concupiscentiam obtenebrata fuerit, adeo ut magis inclinet ad malum quam ad bonum, manet tamen eadem ratio, quia virtutem cognoscendi utrumque semper in se habet, et à propria conscientia testimonium obtinet.

Referuntur autem ad leges morales ea omnia praecepta, quod sub poena damnationis aeternae à deo praecipiuntur.

N. 21. Leges caeremoniales, quae modum cultûs divini respiciunt, quod spectat, possunt illae toties variari quoties objectum, cui applicantur, mutatur. alias caeremonias obtulit abraham vacam triennem, alias melchisedech panem et vinum. praecepit quoque

b gen. 15. 9.

c gen. 14. 18.

Deus in lege Mosaica varia sacrificia, et unumquodque sub diversis caeremoniis, prout res ipsa exigebat. quia autem hoc sacrificia tantum figura erant sacrificii futuri à christo instituendi, et hoc sacrificium longè aliter offerri debuit quam priora, sequitur, quod leges caeremoniales cum sacrificiis abrogatae fuerint.

d heb. 9. 23.

N. 22. Quoad leges judiciales, sunt quidem et hae à deo praecepta sed conformiter à potiori legi Mosaicae,

quo si legi novae conformarentur, utiliores essent legibus civilibus, quia crimina melius punirentur, et bonum praemiaretur. non legimus ideas abrogatas, imo plures ex iis adhuc in usu esse, experientia docet. nam

1to leges partim se fundant in lege naturae et decalogo, seu ut melius loquar, datae sunt ad coercendas praevaricationes huius legis, et pro unaquaque transgressione certas poenas praecepit, puta pro idololatris, aviolis et magis, dein pro blasphemantibus nomen suum, atque violatoribus Sabbati. dein pro inhonorantibus parentes, pro occisoribus, pro furibus, pro adulteris, incestuosis et Sodomitis, atque pro omnibus qui proximo suo aliquod damnum inferunt, ut videre est Exod. 21. et 22. item Levit. 18. et 19. 20. et alibi, quae peccata omnia adhuc in lege nova judicantur, licet quandoque mitius puniantur.

Partim se extendunt ad alia praecepta divina, quae si adhuc in lege nova observantur et obligant, judicio quoque subjecta sunt idorum transgressiones, ex quibus clare patet, has leges adhuc observari et in valore esse.

Prophetias quoque omnes tam de Messia et eius operibus et passione, quam de eius Ecclesia et aliis rebus ad legem novam pertinentibus adhuc in suo robore esse, quia sunt testes infallibiles rerum praeditarum. sic ipse Christus veritatem, se esse Messiam testimonium ex prophetis sumsit, dum ait: e „scrutamini

N. 23.

e Joan. 5. 39.

„ scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam
„ habere, et ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.
imò, si non amplius valerent, quomodo in cælo eis non
credentes accusare possent? et tamen christus dixit:
„ Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud
„ patrem: est qui accusat vos, moyses, in quo vos
„ speratis. si enim crederetis moysi, crederetis for-
„ sitan et mihi, de me enim ille scripsit. si autem
„ illius literis non creditis, quomodo verbis meis
„ credetis?„ si ergo judæi obligati fuerunt credere
prophetiis moysis, et hoc post adventum christi,
sequitur necessariò, illam tunc et hodie valere.
imò plus valere debent post adventum christi
quam antea, nam prædictiones rerum futurarum
ante existentiam rei prædictæ sunt adhuc incertæ
et in dubium vocari possunt, an revera à deo sint
revelatæ vel non: re autem prædicta existente
certæ fiunt, et res existens prædictionem et præ-
dictio rem existentem confirmat. ergo ut utrumque
verum sit, prophetia adhuc suam authoritatem
retinere debet.

f. Joan. 5. 45.

N. 24. Historiæ S. Scripturæ non tantum adhuc sunt
utiles, sed et maximè necessariæ. nam quis scire
possemus, quomodo deus mundum creaverit? quo-
modo adam suo peccato totum genus humanum
inquinaverit? quæ mirabilia deus omni tempore
fecerit? quomodo peccata puniverit, et bona præmi-
averit? quam mirè omnia disposuerit, et in figuris

profignaverit, ut exemplis aliorum hominem ad finem suum perducat, nisi Deus Christi hæc omnia revelaset, et hæc in Scripturis nobis reliquisset?

Quam Scriptura Deus populo Israel præcipit[g], ut omnia mirabilia, quæ in Ægypto fecit, narrent filiis suis, ut sint quasi signum in manu illorum et monimentum ante oculos eorum? an non omnis fides et Religio evanescaret, nisi historiis firmaretur? g Exod. 13. 8.

Quidnam Scriptura sunt? ait S. Paulus[h]: „ad nostram doctrinam Scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.„ h Rom. 15. 4.

Idem dicendum de genealogiis in Scriptura contentis: N. 25.
nam qui S. Matthæus et S. Lucas probare potuissent, Christum ex Abraham et David natum ~~fuisse~~ et prædictiones de illo impletas fuisse, nisi Magges et alteri Scriptores generationes omnes in Scriptis reliquissent? Sane qui hæc omnia negat, aut stultus, aut atheus esse debet.

Nunc ad solutionem quæstionis Dico: totam legem N. 26.
Moysis adhuc in lege Nova suam authoritatem retinere, moralia ut et modo observentur, cætera ut testantur de lege Christi.

De moralibus res certa est, cum enim quidam[i] ad Christum dixisset: „Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam, respondit Christus, si vis ad vitam ingredi, serva mandata, et ei omnia præcepta decalogi servanda præcepit. i Matth. 19. 16.

De veteris suo modo idem dicendum, ut ex dictis patet.

N. 27. Licet sub veteri lege ordinariè tantum lex Moysis investigatur, sunt tamen adhuc multi libri in sacra scriptura, qui ante Christum scripti fuerunt, et sub hoc nomine etiam comprehenduntur, ut sunt libri Josue, Judicum, quatuor Regum, duo paralipomenon, duo Esdre, Tobie, Judith, Esther, Job, psalmorum, proverbiorum, Ecclesiastes, canticorum, Sapientiæ, Ecclesiastici, Prophetarum et duo libri Machabæorum, qui omnes, ut ait S. Petrus K. 2. Pet. 1. 21. à Sanctis Dei hominibus Spiritu Sancto inspiratis scripti sunt, et continent in se sunt lex Moysis, varias materias, nempe leges morales, ceremoniales, judiciales, prophetias, historias et genealogias, adeoque de iis idem tenendum ac de lege Moysis.

N. 28 Sanè qui legem novam inserit, veritatem huius assertionis negare non audebit, nam Jo. Christus ipse dixit Math. 5. 17. „ nolite putare, „ quoniam veni solvere legem aut prophetas, „ non veni solvere, sed adimplere. amen dico vobis, „ donec transeat cœlum et terra, jota unum aut „ unus apex non præteribit à lege, donec omnia „ fiant. „ et paulo post adjecit in contrarium sentientes dicendo: „ qui ergo solverit, id est justitiam

~~Qui solvit~~ " unum de mandatis istis minimis, et
docuerit sic homines, minimus: id est vilissimus
et indignus:" vocabitur in regno Coelorum, qui autem
fecerit et docuerit sic homines, hic magnus voca-
bitur in regno coelorum." loquitur hic Christus
de tota lege antiqua, sunt et
do Luc. 24. 25. ubi ad discipulos ait: " ô stulti et
tardi corde ad credendum in omnibus, quo locuti
sunt prophetæ. et v. 44. " necesse est impleri omnia
quæ scripta sunt in lege Moysis et prophetis et
psalmis de me." et
stio Luc. 16. 29. " habent Moysen et prophetas, au-
diant illos -- si Moysen et prophetas non audiunt,
neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent."
pto ait S. Paulus 2. Tim. 3. 16. " omnis scriptura di-
vinitus inspirata utilis est ad docendum, ad argu-
endum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia,
ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum in-
structus." loquitur hic apostolus de lege veteri,
nequia hic ad Timotheum scribens ait: " quia ab in-
fantia sacras litteras nosti, quæ te possunt in-
struere ad salutem ~~quæ est~~ per fidem, quæ est in
Christo Jesu." nam illo tempore Timotheus Evangelia
neque vidit neque legit, ergo loquitur de scriptura veteris
testamenti. quod autem omnis scriptura veteris
testamenti divinitus inspirata fuerit, de libris Moysis

de psalmis, de prophetis, et etiam libris Salomonis
res certa est, quia Moyses et David et prophetae nihil
aliud scripserunt, nisi quod à deo ipsis praeceptum erat,
imo et ipse Salomon experientia divinitus infusa
suos libros exaravit. dubium solum superest
posset de libris historicis, sed et ipse S. Paulus 1. Cor.
10. 11. ait: „ hæc omnia in figuris ipsis hominibus
„ contigisse, scripta autem esse ad correptionem
„ nostram „ ut scilicet auditis culpis, penis vel praemiis
eorum nos ipsos, qui in hac extrema aetate vivimus
emendare non negligamus, ne poena eorum
geminetur in nobis, quia major notitia legis magis
eum reum facit, qui eam non custodit. ergo ex
instinctu divino ad eruditionem nostram scripta
sunt. si autem ex instinctu divino scripta sunt,
sunt quoque verum verbum divinum, quod nunquam
e Rom. 9. 6. excidit, sed manet in aeternum. hæc omnia ex
m Luc. 21. 33. solutione objectionum mox faciendarum adhuc
clarius patebunt.

N. 29. Obmovent adversarii et quidem
10 dicunt, S. Paulum ex Jeremia clarè probare
vetus testamentum per novum sublatum esse,
ait enim Heb. 8. 7. „ nam si illud primum culpâ va-
„ casset, non utique secundi locus inquireretur.
n Jerem. 31. 31. „ vituperans enim eos dicit: n ecce dies venient dicit
„ Dominus, et consummabo super domum Israel, et
„ super domum Juda testamentum novum, non

" secundum testamentum, quod fecit patribus eorum
in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem
illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanse-
runt in testamento meo, et ego neglexi eos dicit
dominus." ex quibus verbis apostolus hic concludit:
dicendo autem novum, veteravit prius. quod
autem antiquatur, prope interitum est."

Ad meliorem intelligentiam horum verborum
in memoriam revocandum, homines ab orbe condito
sub duplici lege vixisse. primo sub lege naturali,
quam cum homines non observarent, et videns
Deus, quod multa malitia esset in terra, et cuncta
cogitatio intenta esset ad malum, sibi filios Israel
in specialem populum elegit, eique de novo legem
per angelos dedit, ut sic eos in sua obedientia
et debito cultu conservaret. utraque autem lex
quia justificare non poterat, erat tantum exemplar
et umbra, prout apostolus hic v. 5. eam vocat, melioris
testamenti, quod in melioribus repromissionibus
iam antea sanctum est; unde adveniente
figurato, inveteratum est prius testamentum
et interiit sed tantum quoad observationem
non autem quoad figuram, quae semper manere
debet, ut figurato testimonium reddat, quare
et ipse Christus ait Joan. 5. 39. " Scrutamini scripturas,
quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere,
et illae sunt, quae testimonium perhibent de me."
dein apostolus hic non loquitur de toto testamento

o gen. 16. 5.

veteri, sed tantum de sacerdotio, sacrificiis et
ceremoniis eorum, quo utique interiisse nemo negabit
quoad alias materias autem ipse apostolus testatur
legem subsistam non fuisse ut mox videbimus.

N. 30. 2do dicunt: Apostolus galat. 3. 11. ait: "quoniam
"autem in lege nemo justificatur apud Deum, mani-
"festum est, quia justus ex fide vivit." lex autem
non est ex fide, ergo peccatum est "quia quicunq;
"ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.

Hoc verba sic distinguo: in lege, idest, per legem
solam sine fide nemo justificatur concedo. in
lege per fidem Nego, quia Moyses et prophetae in
lege sic justificati sunt.

Lex quidem non est ex fide, sed fidem perficit
et illam annuntiat. "prius autem fuit apostolus
galat. 3. 23. /" quam veniret fides, sub lege custodi-
"ebamur conclusi in eam fidem, quae revelanda
"erat. itaq; lex paedagogus noster fuit in christo
"ut ex fide justificemur. at ubi venit fides, jam
"non sumus sub paedagogo." quia ergo non am-
plius sub paedagogo sumus, an lex praeterea destructa
fuit? negat hoc S. Paulus Rom. 3. 31. ubi ait: "legem
"ergo destruimus per fidem? absit, sed legem sta-
"tuimus" quia lex docet, nos per fidem in christum
salvari. ergo maneat, necesse est.

Dein falsum est, quod eo lex peccatum sit, quia
ex fide non est. "quid ergo dicemus? ait iterum

S. Paulus Rom. 7. 7. „ lex peccatum est? absit.
sed peccatum non cognovi nisi per legem: nam
concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non
concupisces. -- itaq; lex quidem sancta, man-
datum sanctum et justum et bonum. quod ergo
bonum est, mihi factum est mors? absit. sed
peccatum, ut appareat peccatum per bonum, operatum
est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans
peccatum per mandatum „ quatenus per legem
agnoscens peccatum, illud tamen perpetrat.
Denique si lex esset peccatum deberet esse contra
fidem, sed ista docet fidem et est pro fide, ergo
non est contra fidem, quia non est contra christum
sed pro christo. sed
Instant: S. Paulus ait Heb. 8. 7. „ si illud prius testa-
mentum culpâ vacasset, non utique secundi locus
inquiretur „ ergo ipse peccatum nominat.
Sed sciendum apostolum hic sub ly culpa non
intelligere peccatum aut culpam ex peccato con-
trahendam, quia sic Deum ipsum ut legislatorem
reum diceret, quod causam dedisset ad peccatum,
sed sub hac culpa intelligit defectum et infir-
mitatem justificandi peccatorem, sic enim se ipsum
explicat Heb. 7. 18. ubi eadem quasi verba repetit
dicens: „ reprobatio quidem fit precedentis mandati
„ propter infirmitatem eius et inutilitatem, nihil
enim ad perfectum adduxit lex, et ideo introducta
est lex melioris spei, per quam proximamus ad Deum. „

N. 31. 3tio dicunt: galat. 3. 10. ait Apostolus: "quicunq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt" ergo lex est maledicta et maledictionis causa.

Sed distinguo: quicunq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, quia lex per se et ex operibus suis nos à maledictione Divina liberare non poterat, quia primum christus ibi v. 13. nos "redemit de hac maledictione, factus pro nobis

p Colos. 2. 14 "maledictum, et delens, quod adversus nos erat "chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, "et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci" concedo: quod lex propterea maledicta sit, et maledictionis causa Nego, quia primum peccatum fuit causa huius maledictionis, et lex subintravit,

q galat. 3. 19. ut homines cognoscant peccatum, et ab hoc abstineantur "nam propter transgressiones "posita est."

N. 32. 4to dicunt: apostolus ait Rom. 5. 20. "lex intravit, ut abundaret delictum. et v. 13. "peccatum "non imputabatur, cum lex non esset:" ergo lex peccatum est, et ad peccatum inclinat.

Distinguo: lex intravit, ut abundaret delictum quia homo per legem cognovit peccatum, et fit non tantum peccator, sed etiam prevaricator

R Rom. 5. 15. dicitur, quia R "ubi non est lex, ibi nec prevaricatio" et in hoc superabundavit delictum concedo, quod ideo lex sit peccatum Nego. verum est, peccatum

non imputabatur cum lex non esset, quia homo sine lege peccatum non cognoviset, sed praeterea lex ad peccatum non inducit, sed prohibet peccatum. unde et christus de suo tempore Joan. 15. 22. dixit: „si non venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.“

Sto dicunt: Rom. 3. 21. ait S. Paulus: „nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est.“ ergo lex ad nihil valet. N. 33.

Faleor, justitia Dei sine lege manifestata est, quia hac justitia non provenit à lege, sed à meritis christi et fide eius. sed hac fides non haberet firmitatem nisi à lege probata esset, unde apostolus verbis prioribus statim subjungit: „testificata à lege et prophetis.“ quia promissio patriarchas et prophetas facta est. unde et Paulus galat. 3. 24. „itaque lex pedagogus noster fuit in christo, ut ex fide justificemur.“

Sto dicunt: „christus finis legis est.“ Rom. 10. 4. ergo post christi adventum non amplius habet locum. N. 34.

Distinguo: christus finis legis est, quia lex ad illum tendit, et praedicit concedo. quia illam destruit nego. est enim finis consumens et destruens ut ignis in lignis: et est finis adimplens, et rem imperfectam ad perfectionem reducens, et sic est christus finis legis, ut ipse ait Matth. 5. 17. „non veni solvere legem, sed adimplere.“

N. 35

Et hæ sunt potissimæ rationes, quas olim Waldenses Catholicis obmoverunt, quos non pauci Christiani adhuc sequuntur, unde et in scholis quasi Regula habetur, quod excepto moralibus quidam in lege veteri sint mortua, quidam mortifera, unde statim concluditur, quod tota lex vetus sit abrogata, quæ opinio vel sententia non nisi in imaginatione aut auditu falso fundatur.

Jam supra N. 19. ostendi, tam legem Mosaicam quam cæteros libros veteris testamenti in se varias continere materias, nimirum leges morales, ceremoniales, et judiciales. item historias varias, prophetias et genealogias, quæ ex his est mortua aut mortifera? si leges ceremoniales excipis, cæteræ materiæ omnes à novo testamento ipso firmantur, dum in illo tam christus in Evangelio tum apostoli in suis Epistolis passim ad roborandam suam doctrinam ipsos libros citant, et ab Ecclesia et sanctis patribus omni tempore ut verum verbum Dei agniti sunt. cui ergo major fides adhibenda christo, Ecclesiæ et SS. patribus aut malitiosis hæreticis, qui tantum pro subitu absq; ratione et fundamento omnia fusq; deq; vertere in more habent?

N. 36.

Imò si de legibus ceremonialibus ipsis secundum æquitatem loqui volumus longè aliter et de ipsis

sentiendum, quam ut vulgo creditur.

Quod Deus ab orbe condito à suis creaturis in signum protestationis sui summi dominij in omnes res creatas, in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, et pro peccatis quoddam sacrificia postulavit, testantur Cain et abel, Noe, abraham et ceteri Patriarchi in lege naturae.

Plura adhuc sacrificia Deus in lege Mosis populo Israel praecepit, inter quae tamen praecipua erant sacrificium holocaustorum in signum summi dominij divini: Sacrificium expiationis pro peccatis, et sacrificium pacificorum in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis vel novis acquirendis, quae omnia sub certis ceremoniis offerre debebant. et in his potissimum consistebat illorum Religio et cultus divinus.

Nemini autem licebat hoc sacrificia offerre aut alia officia cultum hunc tangentia exercere, nisi solis Sacerdotibus et Levitis, quos ex tribu Levi sibi Deus elegerat, et hoc omnia tantum figura erant melioris sacrificij et Sacerdotij. nam cum Deus statim post peccatum ado quemdam mitissimum promiserat, qui et serpenti caput conteret, et pro peccato satisfaciat, hoc autem sacrificia veteris legis praestare non poterant, ideo necesse fuit, ut alius Sacerdos et sacrificium exurgat, ex cuius oblatione justitiae divinae satisfiat, quod per nostrem

Christi completum est se ipsum offerendo Deo tanti
in holocaustum et hostiam pro peccato, et sic
5 Rom. 5. 10. „ cum antea inimici essemus, reconciliati sumus
„ Deo per mortem filij eius.“

Et quia Christus hic tam sacerdos quam sacrificium
ipsum est, sustulit per hanc actionem tam sacerdo-
tium quam sacrificium veteris legis, quia ad nihil
amplius utilia erant.

N. 37. Hic advertas velim, quod dum apostolus Heb. 7.
12. ait: „translato enim sacerdotio, necesse est,
„ut et legis translatio fiat“ illam non intelligit
totam legem, sed tantum legem caeremonialem
de qua hic solumodo sermo est, quia alias Christus
sustulisset etiam legem moralem, quod nemo fa-
tebitur. deinde apostolus hic non dicit,
Christum sustulisse sacerdotium et legem, sed tantum
transtulisse, quod idem est, ac ita mutasse tan-
tum; certum est enim etiam in nova lege Christi
Sacerdotium et legem caeremonialem reservasse
non ut antea erant, sed mutata, quia non erat
7 Heb. 7. 11. Sacerdos secundum ordinem aaron, sed secundum
ordinem Melchisedech, quia ergo ordo mutatus
fuit et sacrificium, etiam Sacerdotium et lex
caeremonialis mutari debuit.

N. 38 Hic quoque bene notandum sacrificium Christi
duplici modo considerari debere, uno modo, quo
testamentum vetus in hoc puncto sustulit, et novum
instituit, et altero, quo est sacerdos secundum ordinem

Melchisedech. priori modo dum testamentum
novum instituit, mori debuit, u „ubi enim testa- u Heb. 9. 16.
„mentum est, mors necesse est intercedat testato-
„ris, testamentum enim in mortuis confirmatum
est: alioquin nondum valet, dum vivit, qui
testatus est. et ideo novi testamenti mediator
est, ut morte intercedente in redemptionem
earum praevaricationum, quae erant sub priori
testamento, repromissionem accipiant, qui
vocati sunt aeterna hereditatis.„

Ad hanc mortem se ipsum obtulit, nam x „in- x Heb. 10. 5.
„gredens in mundum dicit: hostiam et ob-
lationem noluisti, corpus autem perfecisti
aptasti mihi: holocautomata pro peccato non
tibi placuerunt, tunc dixi: ecce venio, in y Psal. 39. 7.
capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus
voluntatem tuam. et dicendo: ecce venio, ut
faciam Deus voluntatem tuam, auferet primum
testamentum, ut sequens statuat.„

Christus etiam auferendo prius testamentum N. 39.
observabat omnia, quae in illo praecepta erant:
in priori tabernaculo semper introibant sacer- z Heb. 9. 6.
dotes sacrificiorum officia consummantes, in
secundo autem semel in anno solus pontifex
non sine sanguine, quem offert pro sua et populi
ignorantia: — sic et Christus assistens pontifex
futurorum bonorum, per amplius et perfectius
tabernaculum non manu factum, id est non huius
creationis, neque per sanguinem hircorum, aut

„vitulorum, sed per proprium sanguinem in-
„travit semel in sancta aeterna redemptione
„inventa.“

aa heb. 13. 11. Item:[aa] „quorum animalium inferebatur
„sanguis pro peccato in sancta per pontificem,
„horum corpora cremebantur extra castra.
„Sic et Jesus ut sanctificaret per suum san-
„guinem populum, extra portam passus est.“
ex quibus satis claret, sacrificia prodita fuisse
figuram sacrificij christi in cruce.

N. 40. Secundo modo christus non est tantum Me-
diator novi testamenti, sed est etiam Sacerdos
in aeternum secundum ordinem Melchisedech.
Sic enim Deus hoc sacerdotium nobis revelavit
per Davidem psal. 109. 4. ubi ait: „juravit Domi-
„et non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum
„secundum ordinem melchisedech.“

Jam christus est sacerdos in aeternum secun-
dum ordinem Melchisedech, consequenter „de-
bet[bb] habere aliquid, quod offerat, omnis enim
„pontifex ad offerendum munera et hostias con-
„stituitur.“ hoc sacrificium autem, quod
christus secundum ordinem[q] offere debet, non
potest esse sacrificium crucis, quia nullibi
legimus, Melchisedech se ipsum in cruce obtulisse
quid ergo est, „cum[cc] tamen assimilatus filio dei
„manet sacerdos in perpetuum.“ cum[a] scriptura
ait:[dd] „at vero Melchisedech Rex Salem: abrahe

bb heb. 8. 3.

q Melchisedech

cc heb. 7. 3.

dd gen. 14. 18.

à cede revertenti obviam factus: "proferens
" panem et vinum, erat enim Sacerdos Dei
" altissimi, benedixit eis" ergo Melchisedech
obtulit panem et vinum in sacrificium, quia
scriptura causam addit: "erat enim Sacerdos
" Dei altissimi" et Sacerdotis solius est sacri-
ficium offerre: ergo habemus sacrificium
Melchisedech. nec tenet, quod hi haeretici
falso obtulerant. Dicentes: Melchisedech
panem et vinum tantum protulisse ad refo-
cillandum abraham et servos eius, sed ad
quid scriptura quos habebat addere, quod hoc
fecisset, quia erat Sacerdos Dei altissimi?
hoc servitium ei quivis praestare potuisset.
dein abraham omnibus rebus satis provisus
erat, reduxit enim victis hostibus omnem sub-
stantiam, et cum ei rex Sodomorum, qui ei
auxilio fuit, aliquid de praeda nihil petuisset
nisi animas, omnia, quae sua erant, retribuit.
denique abraham ipsi Melchisedech ex omnibus
decimas dedit, adquid ergo isto pane et vino
opus habuisset? aut haeretici aliud sacrificium
ostendant, per quod christus sit Sacerdos secun-
dum ordinem Melchisedech, ut scriptura imple-
atur? quod quia facere non valent, manet prius
sacrificium.

christus ergo ut se monstret esse Sacerdotem
secundum ordinem Melchisedech, "in qua nocte ee i. cor. ii. 23.
tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit,

" et dixit: accipite et manducate, hoc est corpus
" meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in
" meam commemorationem. similiter et calicem
" postquam cenavit dicens: hic calix novum
" testamentum est in meo sanguine, hoc facite
" quotiescunq; bibetis in meam commemorationem.

N. 41. Hoc certa fuit, et tantum quæstio est, an hoc
porrectio panis et vini benedicti fuerit verum
sacrificium nec ne? Christus ait: hoc est corpus
meum, quod pro vobis tradetur. §§ hic est calix
§§ Luc. 22. 20. novum testamentum in sanguine meo, qui pro
vobis fundetur: ergo erat idem corpus, quod
in cruce traditum est: idem sanguis, qui in
cruce fusus est: jam si traditio corporis et
fusio sanguinis in cruce sacrificium fuit,
ut nemo negat, ergo et ista traditio sacri-
ficium fuit, quia Christus utrobiq; suum corpus
et sanguinem Deo patri gratias agens in re-
missionem peccatorum obtulit, dum ait: pro
vobis tradetur et fundetur.

§§ heb. 9. 15. Item apostolus ait: §§ " quod Christus morte inter-
" cedente novi testamenti mediator fit, eundem
effectum tribuit Christus huic actioni dicens:
" hic est calix novum testamentum in sanguine
" meo " idest, quo sancitur et confirmatur novum
fœdus inter Deum et homines: ergo idem debet esse
sacrificium. in cœna ergo hoc sacrificium testa-
mentum mercypativum erat, et in cruce con-
firmatum aut firmatum.

item quod hoc idem corpus et sanguis christi in
cruce fit? qaerte declarat apostolus, kk dum ait:
" itaqe quicunqe manducaverit panem hunc, vel
biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis
et sanguinis Domini, qui enim manducat et bibit
indigne, judicium sibi manducat et bibit, non
dijudicans corpus Domini." jam si hic panis et
calix non esset corpus et sanguis christi, non esset
alis indignus reus corporis et sanguinis christi
sed tantum panis et vini, Reus autem est, ait,
quia non discernit corpus Domini ab alio quovis
cibo, qui in omni statu sine peccato humi polest: ergo
vere profers adesse debet corpus et sanguis christi.

kk 1. cor. 11. 27.

qaerte declarat

N. 42.

Sed objicient: apostolus ait:" sanctificati sumus
per oblationem corporis Jesu christi semel -- hic
enim unam pro peccatis offerens hostiam in sem-
piternum sedet in dextera Dei." ergo unum tan-
tum sacrificium instituit et non duo.

" heb. 10. 10.

Respondeo verum esse, quod christus tantum
unicum sacrificium instituerit, sed illud diversis
modis, nimirum in cruce modo cruento, et in cena
sacramentali modo incruento. unum est in se, quia christus
tam in cena quam in cruce idem corpus et eundem
sanguinem suum deo patri in remissionem pec-
catorum obtulit. diversum autem, quia quod in
cruce obtulit, alterum semper representat, unde
et apostolus kk ait:" quotiescunqe enim manducabitis
panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini

kk 1. cor. 11. 26.

„ annuntiabitis donec veniat „ quia sicut in cruce tradidit corpus et fudit sanguinem suum, ita et hic utrumque de novo tradit, et quidem multo melioris et conjunctioris modo, dum suum corpus in cibum et sanguinem in potum nobis tribuit. Sacrificium ergo cœnæ est continua viva repræsentatio sacrificij crucis, unde et ipse apostolis suis [ll] præcepit, ut ad perennem mortis suæ memoriam hoc sacrificium celebrent: „ hoc facite in meam commemorationem. „ Ratio huius institutionis est, quia [mm] „ christus manet „ in æternum sempiternum habet sacerdotium „ et sic etiam semper manens sacrificium, quod de sacrificio crucis dici non potest, de quo tantum meritum non autem sacrificium manet, „ unde et salvare „ in perpetuum potest, accedentes per semetipsum „ ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis et quomodo hoc melius facere poterit, nisi dum sacrificium suum cruentum viva repræsentatione suo patri semper offert?

ll Luc. 22. 19.

mm Heb. 7. 24.

Est et adhuc alia ratio: christus hoc sacrificium instituit in sui commemorationem: ut ergo tanti beneficij juges in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum, et sanguinem suum in potum sub specie panis et vini sumendum nobis reliquit, ut pignus redemptionis nostræ semper ante oculos habeam.

N. 43.

Comprehendit quoque hoc sacrificium in se omnia sacrificia veteris legis N. 36. notata. Est enim holocaustum, [nn] „ seu oblatio suavissimi odoris Domino

nn Levit. 1. 17.

quia Deus ut Supremus Dominus colitur, et ideo
vocatur Sacrificium Latreuticum. et quid ac-
ceptius Deo esse potest, quam dum suus filius di-
lectissimus in nomine totius mundi Iesum tanquam
Patrem et Deum suum agnoscit, revelat, et adorat
et se Iesum ita in sacrificium offerre? dein
70 an non et Christus pro peccatis nostris mortuus est 00 i. Pet. 3. 18.
iustus pro iniustis, ut nos offeret Deo?? et reconcili- pp Coloss. 1. 20.
aret omnia in Iesum pacificans per sanguinem crucis
eius, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt? an
non 99 et sic" ipse est propitiatio pro peccatis nostris? 99 1. Joan. 2. 2.
Denique et ipse est hostia pacificorum RR seu pro RR Levit. 7. 11. 12.
gratiarum actione. an non ipse est, qui per passionem
suam omnes gratias promeruit? an non et ipse est
qui dixit: SS "amen amen dico vobis, si quid petieritis
Patrem in nomine meo, dabit vobis?"

Cum igitur Christus hæc tria sacrificia unica N. 44.
hostia in cruce adimplevit, et quotidie per sacri-
ficium Missæ modo incruento renovet, et re-
præsentet: merito ista mortua et mortifera facta
sunt, mortua, quia per sacrificium Christi abrogata
et figura per figuratum sublata sunt: mortifera
autem, quia si adhuc subsistierant, sanguis vi-
tulorum et hircorum in suum dedecus sanguini
Christi ad latus poneretur, qui tamen solus est,
ex quo redemptionem totus mundus acquit.

Etsi autem hæc sacrificia abrogata sint, N. 45.
propterea tamen non tota lex cæremonialis sublata

fuit. Lex hæc ceremonialis adhuc plura subsequentia continet sacrificia, quæ non redemptionem sed immediatè cultum divinum respiciunt, quæ christus non sustulit, sed et approbavit, et adhuc in Ecclesia observantur, licet sub alio ritu. qualia sunt,

5mo Incensum, quod manè et vespere in altari Aqmanitis adolari debuit Exod. 30. 7. et thuribula ad offerenda libamina. Exod. 25. 29.

Erat ergo Ecclesia dum idem incensum offert Deo in signum prolectativum sui divinitatis? aut erravit christus dum thus ex eodem motivo à magis accepit? 55 aut dum passus est à Maria sibi unguento pedes inungi? 77 non, sed dixit: „sinite „illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud.“

55 Matth. 2. 11.

77 Joan. 12. 3.

2do Exod. 27. 20. præcipitur Lucerna, ut ardeat semper in tabernaculo testimonij: Lux hæc erat figura christi: „erat lux vera (ait S. Joannes c. 1. 9.) „quæ illuminat omnem hominem venientem in „hunc mundum.“ erat ergo Ecclesia dum jugi luce omnes admonet, veram lucem in domo dei præsentem esse, ut adoretur?

3tio Judæi varia sacrificia Laudis habebant, in quibus imitatur eos Ecclesia, an præterea erat? ~~Ecclesiæ~~ non, ait S. Paulus Ephes. 5. 19. „loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis, et „canticis spiritualibus, cantantes et psallentes „in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper „pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu christi „Deo et Patri.“

4to. ut colera uno "verbo" expediam, Judei etiam facri-
ficia frontanea, et oblationes quasdam in templo
ex precepto faciendas habebant Levit. 7. 16. an forte
et illas Christus fustulit? Contrarium video
Luc. 21. 3. ubi viduam pauperem, quo tantum
era duo minuta in gazophilacium mittit, lauda-
vit dicens: „verè dico vobis, quia vidua hæc pauper
plus quam omnes mittit." et cum discipulos
murmurantes audiret Math. 26. 8. quod mulier
alabastrum unguenti effuderit super ejus caput,
dixit: „quid molesti estis huic mulieri? quæ enim
bonum operata est in me. nam semper pauperes
habetis vobiscum, me autem non semper habetis."
5to. Deus in veteri lege prescripsit certas ceremonias
pro ordinatione sacerdotum, et præcipuè ut fuerus
sacerdos oleo sancto ungatur in capite Levit. 8. 12.
et coloni sacerdotes in manibus Exod. 28. 41. prescripsit
quoque vestes proprias, quibus indati sacrificia offerre
debebant, erravit Eulogia, dum hosce ritus reservavit
et ad normam novi sacrificij applicavit. verum
est de hoc ritu nihil legimus in Evangelio, legimus
autem Luc. 4. 18. quod Christus unctus fuerit Spiritu
sancto, nam prolegens Judeis idem Isaiæ 61. 1. „Spiritus
Domini super me, propter quod unxit me Evangelizare
pauperibus" ipse dixit: „quia hodie impleta est scriptura
hæc in auribus vestris." sic et apostolos suos tra-
endo Spiritum Sanctum Joan. 20. 22. in sacerdotes con-
secravit, adeoque hoc signo externo opus non habuit.

Quia autem hæc unctio largitionem spiritûs sancti, et consecrationem ad certum officium designat, uu

uu Levit. 8. 12. Eccliæ 45. 18.

"Julit /: ait S. Scriptura 1. Reg. 10. 1. / Samuel lenticulam "olei, et effudit super caput Saulis, et deosculatus est "eum et ait: ecce unxit te Dominus super hæreditatem "suam in principem; cur Ecclesia hunc ritum non conservet? et quis scit, an Apostoli ipsi hac unctione in consecratione Sacerdotum usi fuerint, licet scriptura nihil referat? quod multos ægros oleo unxerint et sanaverint, testatur S. Marcus c. 6. 13. etsi nusquam legamus, Christum eis hanc unctionem præcipisse. imò S. Paulus 2. Cor. 1. 21. sic de se loquitur: "qui "autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui "unxit nos Deus, qui et signavit nos, et dedit pignus "spiritûs in cordibus nostris; sive apostolus hic ~~sive~~ de interna unctione tantum, sive etiam de externa loquatur, parum interest, quia externa semper est signum interni, et sic legi novæ non contraria.

Deinde quare retineatur unctio Regum, quæ nulla lege in novo testamento præcepta est? ego nullam aliam invenio causam, quam quia Rex per hanc unctionem consecratur ad officium Regium, cur ergo non retineatur unctio sacerdotalis, cuius officium multo majus est? idem de vestibus q

q in sacrificio missæ adhibendis diei debet, nam quia sacerdos personam Christi agit, etiam vestibus, quæ eum repræsentant, utatur necesse est.

Ex his igitur manifestum fit, quod lex ceremonialis non ex toto, sed tantum quoad sacrificia præcipua et quasdam ceremonias abrogata fuerit.

Ut ergo omnia predicta in unum contrahamus, N. 46.
dicendum, quod, quia lex est nomen genericum,
quod subsit varia precepta continet sicut et lex
naturalis, nimirum precepta moralia, judicialia,
caemonialia ad cultum divinum specialiter
pertinentia: item prophetias, historias et gene-
alogias, et hoc omnia, ad docendum, ad argu-
endum, ad corripiendum, ad erudiendum in
justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus
bonum instructus, omnia hoc precepta suam
auctoritatem adhuc retinere, non ut obligent
hominem ad ea opere complenda excepto mora-
libus, sed ut iis ad eruditionem suam utatur,
et per figuras veritatem Evangelij agnoscat, si
modo quid ad sacrificium novae legis pertinent,
excipias, quia hoc solum est, à quo cetera omnia
sua merita accipiunt. Sed

Quaeres: cur Deus legem Moysis et in ea sacri- N. 47.
ficia instituerit, cum tamen neminem justificare
potuerint?

R. Hoc ut melius intelligas, sciendum, quod tam
lex quam sacrificia diversos fines habent. Deus
ut creator et conservator hominis est dominus
solus illius, et homo servus eius. Servus ex natura
sua tenetur domino suo in omnibus obedire, et
illum ut dominum suum venerari. ut autem ei
obedire possit, necesse est, ut à domino suo precepta
habeat, nam sine his ei obedire non potest.

Similiter ut eum colat, prout decet, sive debet
quo cultu coli velit, nam quia Deum non videt
nec comprehendere potest, nescit quî eum venerari
debeat, nisi et ipse illi hoc revelet. exemplum
habemus in primo homine. vix enim adam creatus erat,
Deus statim, ut illum in sua obedientia conservaret,
ei praecepit, ne comedat de fructu ligni scientiae
boni et mali et quidem sub poena mortis. post
peccatum et alia praecepta adjecit ut capite primo
ostendi. nec dubium est, quod ei quoque praeceperit,
ut ei primitias tam de frugibus terrae quam de pecu-
ribus in sacrificium offerat, alias abel hoc ob-
servans a Deo non fuisset laudatus, cain verò
hoc non observans reprobatus. ex quibus colligitur
finem legis esse servitium Dei, sacrificij verò illius
cultus.

Idem dicendum est de lege Moysis, in qua
Deus priora mandata tantum renovavit, et
Moysi, ut in volumine scribat, praecepit, ut
hominibus semper praelegi possent, ne ex eorum
memoriâ excidant, atque alia adhuc addidit
pro conservatione munditiae corporalis, ex
quorum observatione recordentur, quam munda
debeant esse in corde, et sic à peccato abstineant.

N. 48. Verum est, quod utraque lex et sacrificia homi-
nem in conscientia justificare non potuerint,

quia hic defectus non se tenet ex parte legum
et sacrificiorum, sed en peccato originali prov
enit, vi cuius „xx nos omnes natura nascimur filij xx Ephes. 2. 3.
ira Dei, quod ira non tollitur nisi sanguine
Christi, nam si adam non peccasset, nulla re-
demptione opus fuisset, sed omnes per solam ob-
servationem legis justi permansissemus. in-
terim quia istiusmodi homines huius peccati non
ex propria voluntate rei sunt, sed in eos tantum
per propagationem ~~causa~~ transfunditur, miseri-
ors Deus, qui neminem vult perire, illis alio
remedio providit, mittendo filium in hunc
mundum, ut in carne assumpta per passionem
suam pro hac culpa satisfaceret, et per eum
omnes justificarentur.

Hoc justificatio neminem ullo tempore latere
potuit, quia statim post peccatum ade Deus id
promisit, semen mulieris conteritturum caput
serpentis causa huius peccati. imo abrahe etiam
nodum, quo hoc fieri debeat, revelavit, dum
Gen. 22. jussit, tollere filium suum unigenitum
et illum in holocaustum offerre in eodem monte
in quo postea Christus crucifixus fuit. in
lege Moysis Exod. 13. 2. praecepit: „sanctifica mihi
omne primogenitum, quod aperit vulvam in
filijs Israel tam de hominibus, quam de jumentis,„
et Exod. 34. 20. „primogenitum filiorum tuorum

"redimes." quæsó, cur Deus tantum primogenita
sibi in sacrificium offerre jussit, et non alios filios
qui etiam Dei sunt? an forte primogeniti ki non
sunt figura Christi, & sic ait Ecclesiasticus cap. 36.
14. "et Israel, quem cognasti primogenito tuo;"
ergo et eorum oblatio est figura sacrificij Christi.

q "Qui est primogenitus omnis creaturæ." Colos. 1. 15.

N. 49.

Nec obest, quod Deus etiam hic jusserit primogenita animalium et fructuum sibi offerre, quia
et apostolus Heb. 9. 10. ait: "hæc tantum usque ad
"tempus correctionis imposita erant," et tamen
figura sacrificij Christi erant: "sunt enim san-
"guis hircorum et taurorum et cinis vitulæ
"aspersus inquinatos sanctificabat ad emun-
"dationem carnis, sic sanguis Christi emundat
"conscientiam nostram ab operibus mortis ad
"serviendum Deo viventi." ibi. et sunt in lege
veteri "omnia in sanguine secundum legem mun-
"dabantur, sic Christus per proprium sanguinem
"intravit semel in sancta aterna redemptione
"inventa." ibi.

Sciebant ergo omnes homines Deum Messiam
mittendum, qui eos à peccato redimeret: in lege
natura hoc clarè Jacob benedicens Juda vati-
cinatus est, dicens: yy "non auferetur sceptrum
"de Juda, et dux de femore eius, donec veniat
"qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium."
et magis in lege scripta: zz "Prophetam suscitabo
"eis de medio fratrum suorum similem tui, et

yy gen. 49. 10.

zz Deut. 18. 18.

ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad
eos omnia quæ præcepero illi. " Legites quoque sunt
illi duo discipuli in Emaus euntes, qui Luc 24.21.
ad Jesum dixerunt: " nos sperabamus, quia ipse
esset redempturus Israel " et Judæi omnes usque
in hodiernum diem.

Licet igitur tam Lex naturæ et Moysis à pec-
cato liberare non potuerint, tamen non erant
inutilia, sed bona et sancta. nam jurè retine-
ant homines in debita obedientia et cultu divino.
do abstrahebant eos ab ulterioribus peccatis,
a ubi enim non est lex, nec est prævaricatio: a Rom. 4.15.
tio. promisit Deus observantibus præcepta multa
bona. b " Scies quia ego Dominus Deus tuus ipse est b Deut. 7.9.
Deus fortis et fidelis custodiens pactum et
misericordiam diligentibus se, et his qui custodi-
ent præcepta eius in mille generationes. "
Ito. potuerunt etiam per observationem horum
præceptorum cum fide in Messiam promereri
iustitiam internam et vitam æternam. c " et dedi c Levit. 18.5.
eis præcepta mea, * ait Deus, * et judicia mea ostendi *Ezech. 20.11.
di eis, quæ faciens homo vivet in eis. insuper et Rom. 10.5.
sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me
et inter eos, et scirent, quia ego Dominus sanctifi-
cans eos. " hæc enim fides in Messiam venturum
est eadem fides, quæ nos in lege nova justificat.
consequenter est et eiusdem meriti, alias Patriarchæ
aliique justi tam in lege naturæ quam Moysis nun-
quam justificari potuissent.

Caput 4tum

~~De Fide et operibus legis.~~
Quid sit differentia inter legem naturæ et Christi.

N. 50.

Cum Judæi ex data sibi lege gentes condemnabant et gratiæ Dei indignos judicabant, atque de circumcisione sua et prosapia Abrahæ gloriabantur, S. Apostolus Paulus eos sic arguit: a „quid ergo „amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis? „multum per omnem modum. primum quidem, quia „credita sunt illis eloquia Dei„ id est, oracula et promissa Dei, leges divinæ et scripturæ sacræ.

a Rom. 3. 1.

„quid ergo? præcellimus eos? nequaquam. causati „enim sumus, Judæos et Græcos omnes sub peccato esse.

b Rom. 2. 25.

b „circumcisio quidem prodest, si legem observes. si „autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præ„putium facta est. nam si præputium justitias legis „custodit, nonne præputium illius in circumcisionem „reputabitur, et quod ex natura præputium est et „legem consumat, nonne te judicabit, qui per „litteram et circumcisionem prævaricator legis es? „non enim qui in manifesto Judæus est, neque quæ „in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in „abscondito Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu „non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex „Deo est.c nam licet gentes legem non habeant, „naturaliter tamen ea, quæ legis sunt, faciant, et

c ibi v. 14.

sic eiusmodi leges non habentes, ipsi sibi sunt lex,
qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis,
testimonium reddente illis conscientia ipsorum,
et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut
etiam defendentibus. quid ergo in lege gloriaris,
dum per prevaricationem legis deum inhonoras?
gloria igitur et honor et pax omni operanti
bonum, iudeo primum et greco, non enim est ac-
cepio personarum apud deum. quicunque enim sine
lege peccaverunt, sine lege peribunt, et quicunque
in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur, non
enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores
legis iustificabuntur. d ubi est ergo gloriatio d Rom. 3. 30.
tua? exclusa est. per quam legem? factorum?
non sed per legem fidei. arbitramur enim iustificari
hominem per fidem sine operibus legis. an iudeorum
deus tantum? nonne et gentium? imo et gentium,
quoniam quidem unus est deus, qui iustificat
circumcisionem ex fide et preputium per fidem.
dicimus enim, quia reputata est abrahe fides ad e Rom. 4. 9.
iustitiam. quomodo ergo reputata est? in circum-
cisione an in preputio? non in circumcisione sed
in preputio. et signum accepit circumcisionis sig- f gen. 17. 20.
naculum iustitie fidei, quod est in preputio, ut sit
pater omnium credentium per preputium, ut reputetur
et illis ad iustitiam. et sit pater circumcisionis non iis
tantum, qui sunt ex circumcisione, sed et iis, qui sectantur
vestigia fidei, quod est in preputio patris nostri abrahe,

" non enim per legem promissio abrahæ et semini
" eius facta est, sed per justitiam fidei. [g] igitur " ne
" velitis dicere intra vos: Patrem habemus abraham
" quoniam potens est deus de lapidibus suscitare filios
" abrahæ. [h] sed si filij abrahæ estis, opera abrahæ
" facite. "

g Matth. 3. 9.

h Joan. 8. 39.

N. 91.

Ex hac doctrina sequitur 1mo. legem Mosaicam non differre à lege naturali, quia quod Judæi per legem scriptam fecerunt, etiam gentes per legem naturalem facere potuerunt et debuerunt: quia unus est deus, qui justificat circumcisionem ex fide, et præputium per fidem, nisi quod prævaricatio judæorum major peccatum fuerit, quia majorem cognitionem eius ex lege scripta habuerunt

N. 92.

2do, quia scriptura omnia concluxit sub peccato,
" ut promissio ex fide Jesu christi daretur credentibus
" [k] ideo in christo Jesu neque circumcisio aliquid valet,
" neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur.
unde vel maxime errant, qui credunt, circumcisionem
institutam fuisse ad delendum peccatum originale
circumcisio enim non erat signum gratiæ, sed " sig
" naculum ~~fidei~~ justitiæ fidei, quæ erat in præputio
" abrahæ. " nam si hoc verum esset, deus omnipotens ad
remedio pro hoc peccato providisset sunt et gentibus,
" providens autem scriptura, quia ex fide justificat
" gentes deus, prænuntiavit abrahæ: quia bene-
" dicentur in te omnes gentes. igitur qui ex fide sunt
" benedicentur cum fideli abraham, quia qui ex
" fide sunt, ij sunt filij abrahæ " sive circumcisi sint
vel in præputio.

i galat. 3. 22.

k galat. 5. 6.

l galat. 3. 8.

Circumcisio ergo erat tantum signaculum justitiæ fidei abrahæ, et ideo instituta est, ut posteri eius ipso signati semper recordentur justitiæ fidei patris sui, ut ipsum in hac fide imitentur. fuerunt siquidem plures sancti et justi homines ut Henoch, Job, qui circumcisi non erant, qui tamen omnes per fidem tantum in Messiam salvi facti sunt.

Est igitur Lex Moysis eadem lex, quam observare debebant homines in lege naturæ, quia utriusque legis autor est Deus, qui in suis decretis non mutatur. N. 53.

Sed homines isti creaturæ Dei erant, sunt et posteri eorum, creati quoque erant ad salutem æternam, ergo omnia scire debuerunt, quæ ad cultum divinum, et salutem suam scitu necessaria erant. Et licet fortasis illorum lex scripta non fuerit, habuerunt tamen prophetas, qui ipsos in omnibus instruerent, et de peccatis commissis arguerent.

Sic prophetavit eis septimus ab Adam Enoch dicens: ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere judicium contra omnes, et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, et de omnibus durisq; quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij." m Jud. v. 14.

Sic postea gen. 9. prophetavit et Noe, et pœnitentiam per centum annos prædicavit. jam si legem non habuissent, ad quid ista prædicatio? ubi enim non est lex, non est etiam prævaricatio.

N. 54.

n Heb. 9. 9.

Verum est, quod judei in lege Moysis varia munera et hostias offerre debuerint n, quo in cibis, et in potibus, et variis baptismatibus et justitiis carnis consistebant, quo forsitan homines in lege naturae non habuerunt, sed sciendum, quod hoc omnia mundition corporis tantum respiciebant conscientiam autem perfectam reddere non valebant, et ideo tantum usqs ad tempus correctionis imposita erant ut judeos ab omni inquinamento custodiret, et eos ad legem gratiae aptiores redderet.

[illegible]

a [illegible]

a Sabini.

b [illegible]

Caput 5tum

De novo Testamento seu Lege gratiæ.

Tandem tempus tandiu expectatum juxta Danielis c. 9. N. 55
prophetiam advenit, et consummetur prævaricatio
et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et
adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et
prophetia, et ungatur Sanctus Sanctorum, dum vini-
rum Deus mittit filium suum in mundum, et salvetur
mundus per ipsum, et novum testamentum cum homini-
bus statuat, juxta Jerem. 31. promissionem suam, ubi ait:
ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israel
et domui Juda fœdus novum, non secundum pactum,
quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi
manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti: pactum
quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum,
dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum
domo Israel post dies illos, dicit Dominus: dabo legem
meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam
eam, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum.
Et hoc est idem testamentum novum, quod filius
Dei, dum in hac terra ageret, ipse prædicavit, et postea
per apostolos in universo mundo prædicare jussit, quod
postea partim per traditionem partim per scripturam nova legis
usque ad nos pervenit. dico partim per traditionem,
quia non omnia scripta sunt, quæ Christus docuit et fecit
teste S. Joanne c. 21. 25. ubi ait: sunt autem et alia
multa, quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula

„ nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scri-
„ bendi sunt, libros.“ Christus etiam suis apostolis non pe-
cuit suam doctrinam in scriptis tradere „ sed docentes eos,
„ servare omnia, quecunqs mandavi vobis. Math. 28. 20. et
ex ipsa sacra scriptura scimus, apostolos multa oretenus
docuisse et statuisse quæ scripta non sunt, sed tantum ex
traditione nos cognoscere et fieri possumus. de hac tra-
ditione vide plura N. 241. et 257. igitur ne iterabis repeta-
mus, hic tantum quasdam questiones de scriptura sacra
apponimus, præcepta ipsa, seu novam legem N. 501. infra
explicatur.

N. 56 Quæst. j. Quid est S. Scriptura novæ legis?

Rp. Scriptura sacra hæc nihil aliud est, quam dicta et facta
Jesu Christi ab apostolis et discipulis eius literis consig-
nata. sic enim omnes libri à propriis auctoribus vel
inscribuntur, aut de iis testantur.

N. 57. Quæst. 2do an apostoli et discipuli omnia fideliter
in suis scriptis retulerint, quæ Jesus fecit et docuit?

Rp. S. Joannes c. 20. 31. ait: „ hæc autem scripta sunt ut
„ credatis „ hic est enim discipulus ille, qui testimonium
„ perhibet de his, et scripsit hæc, quia verum est testi-
„ monium eius. „ et 1. Joan. 1. 1. „ quia nihil aliud an-
„ nuntiamus et testamur, quam quod fuit ab initio,
„ quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod
„ perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de
„ verbo vitæ. sic etiam testatur S. Lucas Luc. 1.

de se dicens: " quoniam quidem multi conati sunt ordinare
" narrationem, quæ in nobis completa sunt rerum, sicut tra-
" diderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt et ministri
" fuerunt sermonis, visum est et mihi assecuto omnia à prin-
" cipio diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophile,
" ut cognoscas eorum verborum, de quibus erditus es, veri-
" tatem." idem testantur de se et alij scriptores.

Et quod hoc testimonium verum sit, patet ex hoc, quia
omnes scriptores non in uno loco et tempore, sed in diver-
sis locis et temporibus sua scripta exarârant, et tamen in
omnibus conveniunt, nisi quod unus aut alter unam
aut alteram circumstantiam omittat aut addat, quæ
substantiæ rei non obest. ex quo sequitur, hæc omnia illos
ab uno Magistro ijs manum ducente didicisse.

Deinde hi scriptores non aliter scripserunt, quam ore
contestati sunt. " notum enim vobis facio fratres," ait
S. Paulus Galat. 1. 11. " Evangelium, quod Evangelizatum
" est à me, quia non est secundum hominem." unde
et Petrus et Joannes act. 4. 20. ad principes sacerdotum
dixerunt: " non enim possumus, quæ vidimus et audivimus
" non loqui." quia non ipsi erant, qui loquebantur, sed
" Spiritus patris, qui loquebatur in illis. Matth. 10. 20.
hinc et Paulus 2. Cor. 13. 3. ait: " an experimentum quæritis
" eius, qui in me loquitur Christus?" si ergo idem est
testimonium, quod hi scriptores oretenus et in scriptis

dederunt, et eadem doctrina, quam Deus Ipse S. Marco c. 16. 20. signis et miraculis confirmavit, vera et fidelis erit eorum Scriptura.

N. 58. Quæst. 3tia. Qualem auctoritatem hæc Scriptura habeat?

Rp. Divinam, quia ipsa est verbum Dei. Christus misit apostolos suos ad prædicandum Evangelium cum eadem potestate, quam ipse à Patre accepit. „Sicut misit „me Pater, et ego mitto vos." Joan. 20. 21. unde et ipse ait Luc. 10. 16. „qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui „misit me."

N. 59 Quæst. 4to. Ex quibus libris constet hæc Scriptura?

Rp. Libri quos habemus, et ab Ecclesia omni tempore ut verbum Dei recepti fuerunt, sunt sequentes: 1o quatuor S. Evangelia. 2. Actus Apostolorum. 3. Epistolæ S. Pauli una ad Romanos: duæ ad Corinthios. una ad Galatas. una ad Ephesios, una ad Philippenses. una ad Colossenses. duæ ad Thessalonicenses. duæ ad Timotheum. una ad Titum. una ad Philemonem. una ad Hebræos. 4. Epistola Jacobi. 5. duæ Petri. 5. tres Joannis. 6. una Judæ. 7. Apocalypsis S. Joannis.

Hi libri omnes! excepta Apocalypsi, quæ forte tunc temporis adhuc non scripta aut nota erat! jam continentur in canonibus Apostolorum can. 84. per Clementem Petri successorem in unum congestis, quibus etiam adderentur duæ Epistolæ ejusdem Clementis, quæ tamen nunquam in

canonem fuerunt recepti. circumferebantur olim adhuc plures alij libri et Evangelia vel sub nomine Mathiæ, sive Jacobi minoris, vel sub nomine Petri, et Joannis, qui à sacris scriptoribus confecti sunt, qui tamen ab Ecclesia quin recepti, damnati fuerunt. vide Decreta Innocentij. cap. 7. et concil. Trident. sess. 4. in decreto jno.

Quæs. 5. an penes Ecclesiam sit, hos vel illos libros in canonem recipiendi? N. 60

Quia Christus apostolos suos constituit regere suam Ecclesiam juxta præcepta sua, sic quoq; fieri debuit, quæ sint ipsius præcepta, et sic etiam dijudicare, an hic vel ille liber verè sua præcepta in se contineat, et dictante spiritu sancto conscriptus sit, et sic inter libros sacros numerari possit. Et hæc de scriptura pro hic et nunc dicta sufficiant.

Hanc autem scripturam Christus non ubiq; mundo sed Ecclesiæ suæ in depositum dedit, ideoq; in illa, quosdam apostolos, quosdam prophetas, alios Evangelistas, autem pastores et doctores constituit ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi Ephes. 4. ut ex ore ipsorum legem accipiant, et unitas doctrinæ conservetur, de qua nunc vobis agendum.

Et hæc scriptura præter traditionem est fundamentum religionis Christianæ, quia ex illa sumimus, quid Christus docuit et fecit.

Caput 6tum

De Ecclesia.

Christum sibi propriam Ecclesiam constituisse et nemo Christianorum negat, Matthæi enim 16. 18. ipse hoc verificat dicens: Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. et S. Paulus ait Ephes. 5. 25. Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea. quæritur N. 61

in qua sola salus æterna obtineri potest, quia per illam solam corpori Christi unimur, et participes meritorum eius reddimur.

Quid sit Ecclesia.

N. 82 Sicut olim Synagoga duplex nomen habebat, quatenus nimirum aut templa et scholas, aut ipsum judaismum sub quo nomine Synagoga Ecclesia erat significabat, sic et Ecclesia nomine modo templa, modo ipse christianismus intelligitur, de qua ultima significatione Dico cum Conveni catholicorum, quod sit coetus hominum eandem fidem profitentium, qui sub uno capite per eandem et similem doctrinam in unum corpus compinguntur. explico:

N. 83 Est coetus hominum eandem fidem profitentium, quia per eandem fidem credentes in unum sensum congluttinantur, adeo, „ut multitudinis credentium fiat cor unum et anima una. act. 4.

Sub uno capite nempe Christo, quia Deus ipsum dedit caput „ super omnem Ecclesiam. Ephes. 1. 22.

Per eandem et similem doctrinam, nam „ qui aliter docet „ et non acquiescit sermonibus Domini nostri Jesu Christi „ et ei, quae secundum pietatem est, doctrinae — veri- „ tate privatus est. 1. Tim. 6. 3.

N. 84 In unum corpus compinguntur: „ Ecclesia enim est „ corpus ipsius, et plenitudo eius, qui omnia in omnibus „ adimplet. Ephes. 1. 20.

Ecclesia est igitur corpus Christi, et Christus caput eius.

N. 85. Objiciunt hic acatholici et dicunt: si hoc definitio vera est, ergo Ecclesia est invisibilis. Hic pesorat autor anonymus der kurtzen Erleuchtung wider das Buch: Vogel Strauß oder Stirb in der sibenden Streit-Frag fol. 379.

et sic ait: Dieyenige Kirch ist die wahre Kirch, welche der
wahre Leib Christi ist, und deren glieder alle wahre glieder
Christi seyend, dieser Leib zusamen gefügt wird durch geist-
liche, unsichtbahre und heilige gelaub, und durch ein
göttlichs und geistlichs wachsthum zu einer. Ephes. 4. 16.
Nun aber ist diser Kirch, wann sie also angesehen wird,
nothwendig unsichtbahr, dann man sieht weder die Vrein-
igung der glieder mit dem haupt, noch dieselbigen heilige
Leibsgeister, welchen und wir wir Christi Leib ist, noch die geist-
liche zusamenfügung der durch verborgene gelaub zu-
samen hangenden glieder.

Hic auctor, ut ut profunde se docuisse sibi imaginetur,
tamen in cerebro deliquium passum esse videtur. verum est,
quod Ecclesia sit corpus Christi et omnia membra per spiri-
tualem junctura, nempe per fidem et doctrinam in unum
corpus compaginentur, an praeterea fides et doctrina, et
adeo ipsa junctura est invisibilis? per fidem conjungimur
Deo et nos adinvicem. Hic docet Christus Joan. 17. 20. ubi
ait: „non pro eis rogo tantum, sed et pro eis, qui cre-
„diturri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum
„sint, sicut et tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in
„nobis unum sint.“ nam fides, etiamsi in corde sit,
ut non videatur, tamen se ipsam prodit in operibus, et
se cognoscibilem reddit. sicut conjunctio animae cum

cum corpore non videtur, ipsa tamen per actiones suas se prodit, et adesse demonstrat. Dein an non omnes credentes etiam quoad corpora sunt membra christi? hic docet Apostolus Paulus 1. cor. 6. 15. ubi ait: „nesciti, quoniam corpora vestra membra sunt christi?„ quis ergo sane mentis asserere audebit, homines credentes etiam in suis corporibus esse invisibiles? hoc solum quod sectarios concesserim, qui sicut fidem tantum speculativam habent, ita etiam Ecclesiam tantum speculativam habent.

Dein apostolus Rom. 10. 17. ait: „fides ex auditu, auditus „autem per verbum christi: sed dico: numquid non audierunt? „et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in „fines orbis terræ verba eorum.„ jam si fides ex auditu est, debet etiam doctrina esse audibilis et visibilis, quia verbum Dei publicè et in oculis omnium hominum prædicatum fuit, et modò prædicatur. ex hoc autem necessariò sequitur, quod et ipsa fides sit visibilis, quia fides nihil aliud est, quam assensus rei prædicatæ, quem assensum omnes credentes publicè confiteri debent, alias nemo fieret, quis crederet, nemo baptizari aut aliud sacramentum suscipere posset. unde et idem apostolus cit. l. v. 10. ait: „corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.„

Denique si fides esset invisibilis, quomodo S. Paulus scribere potuit Rom. 1. 8. quia fides vestra annuntiatur in universo „mundo.„?

Sed

Instat jo productus auctor, et ait: idem apostolus
ait etiam Heb. 11: „quod fides sit substantia rerum
sperandarum, et argumentum non apparentium.“
consequenter fides ex natura et proprietate sua fundatur
in solo testimonio dicentis et non in ipsa rei. sic
christus erat secundum naturam humanam visibilis
sed non ut Deus. unde dum petrus idem filium
Dei confessus est, ipse christus testatus est, quod hoc
non ex se, sed ex revelatione divina dixisset.
petrus igitur credidit revelationi, et non rei, quam
non videbat. cum ergo revelatio sit res invisibilis
etiam fides debet esse invisibilis, quia fundatur
in revelatione. pariformiter etiam dicendum
de Ecclesia, quatenus est sponsa christi et communio
omnium credentium, in quo sensu duplici modo
considerari debet, nempe materialiter et for-
maliter. materialiter, quatenus constat ex ho-
minibus credentibus, et quod hoc modo visibilis sit,
nemo negat. et formaliter, quatenus est sponsa
christi, et cum ipso conjungitur, et hoc modo quia
nec conjunctionem nec ipsam sponsam videmus,
et fides hoc se tantum in revelatione fundat,
est invisibilis, quod nemo negare potest.
R. hic auctor hic quidem ingeniose disserit
sed contra ingenium; nam quod dictum apostoli sensu,

q visibilitate

fides est substantia rerum sperandarum id est, fides facit in animo hominis res revelatas, sed tamen adhuc sperandas ita certas subsistere, ac si de facto existerent. Apostolus ipse hanc explicationem hoc exemplo ibi v. 3. confirmat, ubi ait: „fide intelligimus aptata esse secula verbo dei, ut ea invisibilibus visibilia fierent.“ nemo nostrum creationi mundi adfuit, sed dum revelationi credimus, hac fides totam descriptionem cosmosis in nobis ita certam efficit, quasi totam creationem oculis vidissemus.

Est argumentum non apparentium seu ut graecus habet, est demonstratio sive lumen, quo intellectus convincitur ad similiter ea credenda, quæ non videt, aut naturaliter non capit. „sic fide et ipsa Sara „sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit „etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem cre„didit esse eum, qui repromiserat.“ ibi v. 11.

Ex his igitur patet, revelationem esse causam fidei, et donum dei esse ut homo credat, sed fides non est ipsa revelatio, aut ipsum donum dei, sed assensus hominis, qui non fundatur in revelatione sed in voluntate hominis, qui assensus ei reputatur ad justitiam. „credidit abraham deo, ait scriptura „et reputatum est ei ad justitiam.“ jam ex cuius parte se teneat fides, revelationis aut abrahæ? abraham credidit, et revelatio ei tantum ansam

f. Rom 4. 3.

dedit ad credendum. Fuitne ergo hæc fides abraha
incognita et invisibilis? non, sed per opera et
obedientiam illam etiam aliis visibilem reddidit.
Pariformiter loquendum de deitate christi et con-
fessione petri. verum est, petrus non fuisset
confessus christum ut filium Dei, nisi pater hoc
ei revelasset, sed confessio hæc non erat revelatio
licet hæc ansam ad illam dederit, sed propria con-
fessio petri, quam et christus promiavit con-
stituendo eum caput visibile suæ Ecclesiæ.
Denique an hic comparatio aliqua locum habet
inter fidem et Ecclesiam? an fides est Ecclesia,
aut Ecclesia fides? fides facit membrum Ecclesiæ
ergo est causa Ecclesiæ, quis autem unquam tam
insipiens fomniavit causam esse effectum?
Inepius est quod addit, nempe Ecclesiam constare
ex hominibus credentibus quasi ex materiali,
et quatenus fit sponsa christi et cum ipso conjun-
gitur quasi ex formali: nam sic dico: omnes
homines credentes sunt membra Ecclesiæ, et hæc
membra faciunt unum corpus et Ecclesiam et
sponsam christi. jam omnia membra sunt visi-
bilia, ergo et totum corpus et ipsa sponsa debet esse
visibilis. si igitur hic admittitur forma et
materia, materia quidem sunt homines credentes
forma autem non conjunctio cum christo, sed fides

quæ nos Christo conjungit, sicut conjunctio animæ
cum corpore non est forma hominis, sed anima
quæ hominem constituit. at

N. 67. Instat 2do. actus fidei sunt à potiori actus mentis
ut oratio, spes, charitas; atqui actus mentis sunt
invisibiles: ergo etiam fides.

Rs. nego suppositum quod actus fidei sint ipsa fides.
an actus hominis sunt ipse homo? effectus sunt non
ipse homo. fides est assensus rei revelatæ, an ergo
oratio, spes, charitas sunt assensus rei revelatæ?
potest homo in-vel externe agere, an propterea
non manet homo visibilis? sic etiam fides. et
posito, quod fides in uno homine se nullo agere
externo ~~se~~ prodat, an propterea Ecclesia est in-
visibilis? an Ecclesia in uno homine consistit?
ubi stabit ipse articulus fidei communio Sanctorum

N. 68. optime ait iterum citatus auctor, quia communio
Sanctorum non consistit in externa sed interna
communione fidei, in vinculo pacis, in unitate
Spiritus, et intima conjunctione cum Christo cen
capite, quæ omnia non oculo corporali, sed sol
oculo mentis pervia sunt.

Sed quæro et ego, si Ecclesia tantum in interna
communione fidei consistit, quomodo quis scire potest
quid et quomodo alij credant, an eandem cum ipso
fidem profiteantur, nisi ei aliunde revelatur?

qui poterit cum alijs in vinculo pacis et unitate
spiritus vivere, si eos non noscit? aut quomodo
ceu membrum Ecclesiae cum christo conjungi poterit
si nescit, cuius corporis membrum sit? inquirat
antea, ait hic autor, ubi et quae vera sit Ecclesia,
sed quomodo inquirere poterit, si Ecclesia est in-
visibilis?

Longe aliter loquitur christus de sua Ecclesia.
Math. 18. 15. ait: " si peccaverit in te frater tuus,
vade et corripe eum inter te et ipsum solum --
si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel
duos -- quod si non audierit eos, dic Ecclesiae ff
ergo Ecclesia debet audire et videri, alias nemo
posset quemdam quod illam accusare. aut putant
hi fideli, christum suam Ecclesiam tantum in
phantastico spiritu fundasse? non ait iterum
Math. 16. 18. " super hanc petram aedificabo Ecclesiam
meam. " Nemo negabit apostolos fuisse vera
membra Ecclesiae, nunc ait christus Math. 5. 14. ad
illos: " vos estis lux mundi. non potest civitas
abscondi supra montem posita. neqs accendunt
lucernam et ponunt eam sub modio, sed super
candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.
sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant
opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum
qui in caelis est. "

Item S. Paulus omnes suas Epistolas ad privatas
Ecclesias scripsit et dixit, quomodo autem hoc fac
potuisset, si ipse Ecclesiae fuissent invisibiles? aut
fuerunt tantum membra materialia? quis hoc
credet, cum idem 1. Cor. 1. 2. vocet „Sanctificatos
„in Christo Jesu, vocatos et sanctos et in fide fideles.
Sed
Instat cum Pelagianis 3tio. Apostolus ait Eph. 5.
N. 69 25. „ Christus dilexit Ecclesiam et se ipsum tradidit
„pro ea, ut eam sanctificaret mundans lavacro
„aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam
„Ecclesiam, non habentem maculam aut
„rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta
„et immaculata.“ Si ergo Ecclesia Christi est sine
macula, sancta et immaculata, ergo etiam sic esse
debent illius membra. Jam in Ecclesia visibili sunt
multi peccatores, et soli justi et electi sunt sine
macula, ergo ki soli sunt membra Ecclesiae. Si autem
sunt invisibiles et soli Deo cogniti: ergo etiam
Ecclesia debet esse invisibilis.

Sed erras vel maxime hic autor nescieris scripturam. Una quidem est Ecclesia Christi, per quam omnes homines vocantur ad gloriam, cuius tamen una pars adhuc est „in via, altera jam in patria. prior vocatur Ecclesia militans altera triumphans. omnis qui crediderit et baptizatus fuerit est membrum huius Ecclesiae, sed non omnes jam effecti sunt

neritum fidei seu gloriam aeternam. Ecclesia militans
adhuc cum timore et tremore salutem suam operari
debet, triumphans jam est certa de sua gloria.
quod in Ecclesia militante invenientur boni et mali
testatum ipsius Christi est, qui Matth. 13. 24. ait: „simile
factum est regnum Coelorum homini, qui seminavit
bonum semen in agro suo -- cum autem crevisset
herba tunc apparuerunt et zizania.“ et v. 47. „iterum
simile est regnum Coelorum sagenae missae in mare,
et ex omni genere piscium bonorum et malorum
congregantis et S. Joannes 1. Ep. 1. 8. ait: „si dixerimus
quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus
et veritas in nobis non est.“ propterea tamen non
desinit esse Ecclesia Christi, quia quamdiu manet
fides in credente, manet etiam membrum Ecclesiae
sicut quo sequitur, quod locum cit. loco non fuisse
locutum de Ecclesia militante, sed triumphante
in qua nulla amplius est macula. unde et S.
Augustinus l. 2. Retract. c. 18. ait: „ubicumque autem
in his libris commemoravi, Ecclesiam non habentem
maculam et rugam, non sic accipiendum est,
quasi jam sit, ad quam praeparatur et fit, quando
apparebit etiam gloriosa.“ Nec hoc Ecclesia
tota jam Christo est intime conjuncta, sed hoc
fiet „cum Christus tradiderit regnum Deo et
patri, cum evacuaverit omnem principatum
et potestatem et virtutem, et omnes inimicos

1. Cor. 15. 24.

posuerit sub pedibus suis, quorum novissima mors destruetur.

Certum est igitur Ecclesiam esse visibilem, alias Paulus act. 20. 28. frustra admonuisset Ephesios dicens: „attendite vobis et universo gregi, in quo „vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ec„clesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.„ sed oritur nunc

N. 70. Quæstio jna an peccatores credentes, et hæretici, utpote inimici Christi, etiam sint membra Ecclesiæ. R. S. apostolus Paulus ait galat. 3. 26. „omnes „enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo „Jesu: quicunq; enim in Christo Jesu baptizati „estis, Christum induistis.„ ergo omnes credentes baptizati sunt filij Dei et membra Christi, consequenter etiam istius Ecclesiæ. nec refert, quod peccatores credentes sint inimici Dei quamdiu in peccato manent, manent tamen membra Ecclesiæ, quamdiu fides in eis manet, quia Ecclesia militans in se continet bonos et malos, ut supra ostensum. sed si in peccatis perseverant, et moriuntur, non

h galat. 3. 29. „sunt secundum promissionem hæredes„ quia ut etiam hæreditatem accipiant, oportet etiam præcepta servare, ut Christus Matth. 19. 17. ait: „si „vis ad vitam ingredi, serva mandata.„ nam aliud est ad hæreditatem vocari, quod fit per ingressum in Ecclesiam, aliud hæreditatem accipere

quod fit per observationem mandatorum: hoc haereticis non est Ecclesia, sed gloria dei Ecclesiae tantum promissa, quae promissio primum impletur per observationem mandatorum.

Quod haereticos facitat, fuerit et ipsi quidem membra Ecclesiae per fidem et baptismum, si tamen in fide vera permanserint. „ nunc autem" ait S. Paulus Colos. 1. 22. „ reconciliavit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos et immaculatos et irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundati et stabiles et immobiles à spe Evangelij, quod audistis, quod praedicatum est in universa creatura, quae sub coelo est." nam „ qui recedit et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet." si autem Deum non habet, non est membrum Ecclesiae. hoc omnia Christus ipse docuit Marc. 16. 16. ubi ait: „ qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur." adeoque non solus Baptismus sed etiam fides requiritur, ut quis sit membrum Ecclesiae. quae autem vera fides sit, inferius explicabitur. N. 71. 1. 2. Joan. 9.

Quaestio 2da. an hoc Ecclesia Christi sit una? N. 72.

R. sola resolutio huius quaestionis confirmat omnia quae hucusque dixi. dico ergo, quod Ecclesia Christi sit tantum una et in se indivisibilis. nam imo Christus tantum unicam Ecclesiam fundavit quae est corpus suum: nemo autem diversa corpora habere potest, quia negaret unum corporis esse esse,

profertim cum unius cuiusq; corporis sint diversi ac sibi invicem contrariantes: cum igitur Christus sit caput et Rector huius corporis sibi met ipsi contradicaret, diversas doctrinas docendo et approbando, quid dicare sine blasphemia nemo audet.

2do apostolus Ephes. 4. 5. ait: " unus Dominus, una fides, unum baptisma: si ergo unus Dominus, una fides et unum baptisma, et hoc tria totum corpus constituunt, ergo etiam debet esse unum corpus et unus Spiritus.

3tio idem apostolus ait Galat. 1. 6. " Licet nos, " aut angelus de cælo Evangelizet vobis, preter- " quam quod Evangelizavimus vobis, anathema " sit " ergo et doctrina debet esse eadem, nam " si " quis aliter docet ": ait idem apostolus 1. Tim. 6. 3: " et " non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu " Christi, et ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ " superbus est, nihil sciens -- et veritate privatus est, " jam si doctrina est eadem, debet etiam esse una; si doctrina est una, erit etiam una fides, quia fides est ex auditu. si autem fides est una, erit etiam una Ecclesia, quia fides Ecclesiam constituit.

Imo hæc fides sic debet esse una et pura, ut qui unicum punctum non credit, jam non sit membrum Ecclesiæ. Exemplum habemus Joan. 6. ubi Christus dixit, carnem suam verè esse cibum, et sanguinem suum potum, quod quidam ex discipulis credere noluerunt, et propterea multi ex illis abierunt

retro et jam non cum illo ambulabant, unde et
ipse Christus dixit: „sunt quidam ex vobis, qui non
credunt.“ sic et S. Joannes ait 1. Ep. 2. 19. „ex nobis
prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si
fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum,
sed ut manifesti fiant, quoniam non sunt omnes
ex nobis.“ Si ergo non amplius erant discipuli
Domini, non amplius erant membra eius et Ecclesiæ.
sic etiam docet S. Paulus 1. Tim. 1. 19. ubi ait:
habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam
repellentes circa fidem naufragaverunt, ex quibus
est Hymenæus et Alexander: qui 1. Tim. 2. 18. „à
veritate exciderunt, dicentes, resurrectionem ope
jam factam: quos tradidi Satanæ, ut discant non
blasphemare.“

Res certa est, quod fiunt qui totam legem servaverit, K Jacob. 2. 10.
offendat autem in uno, factus est omnium reus, qui
enim dixit, non mœchaberis, dixit et, non occides:
quod si non mœchaberis, occides autem, factus fit
transgressor legis, ita etiam qui unicum articulum
fidei non credit, naufragat circa fidem, et est
extra Ecclesiam. Ecclesia enim est ita l vestis Christi l Joan. 19. 23.
inconsutilis desuper contexta per totum, ut etiam
milites gentiles non auderent illam dividere. unde
et Christus ait Luc. 11. 23. „qui non est mecum, contra
me est, et qui non colligit mecum, dispergit.“ quare
et Apostolis suis Matth. 28. 20. præcepit, ut doceant
populos „servare omnia, quæcunque præcepi vobis.“

N. 73.

Si ergo res sic se habet, quomodo stabunt haeretici nostri cum suis Ecclesiis particularibus? optime dicunt 1°. qui crediderit et baptizatus fuerit est membrum Ecclesiae: atqui omnes credunt et baptizati sunt, ergo omnes sunt membra Ecclesiae, licet in uno aut altero articulo dissentiant.

Sed distinguo ego: qui crediderit omnia, quae Christus et apostoli docuerunt et baptizatus est, est membrum Ecclesiae concedo: qui falsam fidem habet et tantum credit, quod ei placuerit, nego. quod autem omnes haeretici falsam fidem aut saltem non integram habeant, est sole clarius, quia potiores articulos non credunt, et semper inter se dissentiant, quorum fides sit vera, cum tamen nullorum sit vera, quia fides est una et dividi non potest. porro illorum fides non est fides Christi sed illorum doctorum doctrina, quae doctrinae Christi è diametro est opposita. denique non sufficit vocisè in Christum credere, sed etiam necesse est, ut quis Christo credat in omnibus, quae docuit. " multi Hierosolymis crediderunt in nomine Christi, videntes signa eius" quae faciebat, ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eo " quod ipse noset omnes " quomodo credant. " qui " non est mecum /: ait iterum ipse Luc. 11. 23. :/ contra " me est, et qui non colligit mecum, dispergit. " cum

m Joan. 2. 23.

ergo hi falsò credentes non sunt uni cum doctrina
Christi, non etiam sunt uni cum Christo: ergo neq;
membra eius: et

Dicunt 2do. Infantes baptizati sunt membra N. 74.
Ecclesiæ, ergo omnes baptizati, quicunq; illi fu-
erint etiam sunt membra illius.

Sed fiendum, quod in infantibus non requiratur
fides actualis, quia credere non possunt, sed sufficit
eis fides in baptismo infusa, et à Patrinis eorum
nomine confessa: aliud dicendum de adultis, de
his dicitur act. 8. 37. si credis ex toto corde, licet
te baptizare: nam et infantes, si in adulta ætate
à vera fide deficiunt, non amplius sunt membra
Ecclesiæ. sed

Dicunt 3tio. vel per baptismum remittuntur peccata N. 75
vel non? si remittuntur, ergo baptizati sunt in
vera Ecclesia, quia Spiritus Sanctus nullibi nisi in
Ecclesia peccata remittit. si non remittuntur, quare
ergo catholici baptizatos ab hæreticis non iterum
rebaptizant, nonne sic ipsi confitentur, hæreticos
esse vera membra Ecclesiæ, et sic constituant
particularem Ecclesiam?

ad clariorem intelligentiam huius objectionis
distinguendum est inter baptizatos et baptizantes
quos hæretici inter se confundunt. quoad baptizatos infantes
certum est, illis per baptismum peccatum originale
per baptismum remitti, à quocunq; baptizentur, et

1 Trid. de justif. cap. 7.

hoc ex speciali gratia Dei, ut, licet sine propria culpa peccatum originale contraxerint, etiam sine proprio actu ab illo per baptismum liberentur, et sic sint vera membra Ecclesiæ, quia baptismus est sacramentum Ecclesiæ. quoad adultos si cum vera fide baptizentur, eis quoque remittuntur peccata, et sunt vera membra Ecclesiæ. si autem cum ficta fide baptismum suscipiunt, hic illis non proderit? nam etiam Simon act. 8. 13. credidit et baptizatus est, sed S. Petrus ei v. 21. statim dixit: o non est tibi pars neque sors in sermone isto; cor enim tuum non est rectum coram deo. pœnitentiam itaque age de hoc nequitia tua, et roga deum, si forte remittatur tibi hoc cogitatio cordis tui; in felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse. ergo baliter baptizatus iterum rebaptizari debet, ut illi peccata remittantur?

q quia baptismus est sacramentum fidei, quam non habet.

R. baptismus ritè collatus iterari non potest, sed tantum peccata non remittuntur, quia pœnitentia peracta revivisit, et peccata remittit.

Sed quid? si quis v.g. in fide lutherana instructus et sic baptizatus, quia putat se habere veram fidem, an nec huic peccata remittantur?

R. quia alex non se dare ex parte baptizati sed procuratorum suorum, et ipse sic paratus est, ut veram christi fidem amplectetur; si illam nosset, merito dicendum, ei suæ peccata remissa, et membrum

Ecclesiæ esse, errore autem detecto, teneatur veram fidem inquirere et amplecti, si cupit salvus esse.

Quod baptizantes docent, cum baptismus in necessitate ab uroquoq; homine sive sit membrum Ecclesiæ sive non, conferri possit, modo adhibeat omnia, quæ ad hoc sacramentum requiruntur, hi nihil ad remissionem peccatorum conferunt, sed ministerium, quia ipse baptismus remittit peccata. et quia ipse baptismus est sacramentum Ecclesiæ, Spiritus Sanctus in Ecclesia remittit peccata: ex hoc tamen non sequitur, quod nos propterea hæreticos membra Ecclesiæ agnoscamus, aut baptismum eorum non reiteremus, namq; quia baptismus etiam à non membro Ecclesiæ conferri dicitur, propterea non fuerit membra Ecclesiæ. et quia credimus, quod omnia requisita ad baptismum adhibeant, cum et ipsi hoc sacramentum ad salutem necessarium credant, ideo à nobis non reiteratur, quia verum baptisma credimus.

Quæstio 9ta. Ex quibus membris consistat Ecclesia? N:76.

Ad. Ecclesia est corpus Christi. o „ Sicut autem in uno „ corpore multa membra habemus, omnia autem „ membra non eundem actum habent, ita multi „ unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter „ alterius membra: p etenim in uno spiritu omnes nos

o Rom. 12. 4.

p 1. Cor. 12. 13.

„ in unum corpus baptizati sumus sive judei,
„ sive gentiles, sive servi sive liberi, et omnes in uno
„ spiritu potati sumus."

Sicut autem Deus in unoquoque corpore multa
membra nobilia et ignobilia posuit, ut unumquodq;
alteri serviat ad utilitatem et conservationem cor-
poris, sic Deus quoq; posuit in Ecclesia primum
q 1. Cor. 12. 28. „ apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde
„ virtutes, exinde gratias curationum, gubernati-
ones, genera linguarum, inter-
pretationes sermonum ? R „ alios autem baptizavit
R Ephes. 4. 11. „ doctores, ad confirmationem sanctorum in opus
„ ministerij, ~~[illegible]~~
„ in edificationem corporis Christi, donec occur-
„ amus omnes in unitatem fidei, et agnitionis
„ filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis
„ plenitudinis Christi."

Nunc quero ex vobis vos libertini: S „ Nunquid
N. 77.
S 1. Cor. 12. 29. „ quid vos omnes apostoli? nunquid omnes pro-
„ phetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes
„ virtutes? nunquid omnes gratiam habent cu-
„ rationum? nunquid omnes linguis loquuntur?
„ nunquid omnes interpretantur?" monstrate
mihi verum ex his in vestra Ecclesia. verum
est, vos habetis prædicatores verbi, sed cuius? an
Christi, an magistrorum vestrorum? primum
non, quia doctrina vestra non concordat cum
Evangelio Christi, ut inferius demonstrabitur.

quod ad. 2dum vos met ipsos prodetis, dum publice
vos appellatis Lutheranos, Calvinistas, Zwingliianos
ad quid ista nomina cum Christus Math. 23. 10. dixerit:
„nolite vocemini magistri, quia Magister vester unus
est Christus?" et Paulus 1. Cor. 1. 12. Corinthios pro
hibuit se a suis magistris nominare, dicendo: „ego
sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephe,
numquid divisus est Christus?" non, unus Dominus
una fides, unum baptisma. an ergo diversitas
hoc non clare demonstrat, quod tales sectarii
non sint christiani? quid ergo? S. Apostolus Paulus
2. Cor. 11. 13. eos sic describit: „eius modi pseudo-
apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes
se in apostolos Christi, et non mirum: ipse enim
Satanas transfigurat se in angelum lucis. non
est ergo magnum, si ministri eius transfigur-
entur velut ministri justitiae, quorum finis erit
secundum opera ipsorum."

omitto hic prophetias, virtutes, curationes et
linguas, quos quia nullos habent, dicunt, in Ecclesia
non omnino necessarios, tamen se habere Doctores,
et interpretes S. Scripturae. Sic ipse Lutherus se glori-
atur Tom. V. Jen. fol. 162. b. fol. 163. a. fol. 166. a.
dicens: wir wollen nicht der geschorn schüler, noch
jünger, sondern ihr seyt nicht und wolt seyn. wollen
auch nimmahl stolzieren und gehen mit denen
selbsten, und wir Paulus dürfen keine solche heilige
sich rühmen, so weil ich mich auch wider die meine

wol rühmen. Sie seynd Doctores? ich auch. Sie seynd
gelehrt? ich auch. Sie seynd prediger? ich auch. Sie seynd
Theolog? ich auch. — Sie schreiben bücher? ich auch.
und wol weiter rühmen. ich kan schalten und
wüthen auß lügen, das können sie nit. ich kan
Jahrmarkten, das können sie nicht. ich kan die heilig
schrift lesen, das können sie nicht. et cum id
objectum fuisset, quod Lector S. Pauli Rom. 3. 28.
verbum sola fide adjecisset, dixit l. c. discipulis
suis: wann man spricht sich viel zum nach
ziel, ist dem wort sola, so sagt ihr fluch also
Doctor Martinus Luther wills also haben. und
strafft, spricht und wol sein mir drüg, fiat vo-
lo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Jam certum est, quod tam doctrina quam in-
terpretatio S. Scripturae sint dona Dei. „ divisiones grati-
„arum sunt: ait apostolus 1. cor. 12. 4. idem autem
„Spiritus. et divisiones ministrationum sunt, idem
„autem Dominus. — hoc autem omnia operatur un-
„us atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

Jam unde habet Lutherus suam doctrinam et
interpretationem S. Scripturae? a Spiritu Sancto? sic
ipse Lutherus l. c. fatetur dum dicit: daß sey nicht
Doctor Luther nicht verführ, sondern der h. geist, und das
wahr heilig Evangelium. sic credunt etiam eius
sectatores, et ipsi testimonium perhibent, daß er das
gnaden wort allein auß der schrifft und nicht an das

cingit fratrem gesogen hätte. sed cum venia: hoc idem
dicunt ceteri haeretici, qui tamen Luthero in doctrina
non consentiunt: quis verum habet? omnes veritatem
locuti non sunt, quia veritas est una: et non pariter
facilitatem: nec omnes ex instinctu Spiritus Sancti
locuti sunt, quia "Deus non est Deus dissensionis, 1 i. Cor. 14. 33.
" sed pacis." et ipse vel uni vel alteri mentiretur,
et diversa illis ingeret, quod dici non potest.

Certum est, S. Paulum Evangelium didicisse ex
revelatione, de se autem sic loquitur Rom. 15.
18. " non tamen audeo aliquid loqui eorum, quo-
rum per me non effecit Christus in obedientiam gentium
verba et facta, sed in virtute signorum et prodigiorum
in virtute Spiritus Sancti: ita ut ab Jerusalem per
circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium
Christi." ubi Lutherus, Calvinus et ceteri haerea-
tores suam revelationem unquam aliquo signo
demonstrârunt? Lutherus se ipsum prodit per verba:
Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas,
quod Scripturam sacram tantum ex proprio cerebro
iuxta sensualitatem suam explicârit, ~~quod~~ ex hoc
illorum patet: S. Paulus dicit Coloss. 2. 18. " nemo
vos seducat -- qui sunt rationem quidem ha-
bentia sapientiae in superstitione et humilitate
et non ad parcendum corpori, non in honore
aliquo ad saturitatem carnis" quod ultima
verba Lutherus in N. T. sic explicat: gott wöll den
leib gesund haben, das ist, er wöl sein, futter, kleider
~~haben~~ zur nothdurft haben, und nicht mit un-

tragliche fasten, arbeit, oder unmüglicher
Kreyßhab Rad werden, wie die unsichere Schrift
Jesu. estne hac vera interpretatio S. Scripturæ?
aliter loquitur Christus in Evangelio, in quo
non tantum jejunium sed etiam castitatem pre-
cepit, et uno verbo castigationem corporis deman-
dat Luc. 9. 23. dicens: " si quis vult post me venire
" abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidi-
" et sequatur me, qui enim voluerit animam suam
salvam facere, perdet illam." aliter etiam docet
S. Paulus Galat. 5. 24. ubi ait: " qui autem Christi
" sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et
" concupiscentiis." et tales falsas interpretationes
in abundantia huc proferre possem.

Jam sic dico: Deus verax et immutabilis in verbis
suis loquitur in S. Scripturis: Sectarij aliter docent
in suis Scripturis quam Deus, cui ergo credendum?
qui Deo non credit, jam judicatus est. an ergo Hypo-
pseudo-Doctoribus, ubi Deus aliter docet, credam
et animam meam perdam? an Hypsendo-Doctores
fortasse non sunt de numero eorum, de quibus S.
Petrus 2. Pet. 2. 10. ait: " qui post carnem in concupi-
scentia immunditiæ ambulant, dominationem
" contemnunt audaces, sibi placentes, sectas non
" metuunt introducere blasphemantes?" sane qui
modum vivendi, et doctrinam eorum confirmat,
aliter judicare non potest. sed
Exclamant eos Sectarij illorum dicendo: quod nega

Lutherus, neqs alij novum Evangelium invenerint,
sed tantum verbum gratiæ in lucem protulerint.

At quid intelligitis per verbum gratiæ, aut Scrip-
turam sacram, aut interpretationem eius? non primum
quia Scriptura sacra nunquam neqs perdita, neqs
in angulis occultata fuit, ut totus mundus testatur.
Si autem secundum, se ipsos produnt, se non verbum
gratiæ, quod idem semper mansit et manet, sed errores
antiquorum hæreticorum per veram doctrinam semper
in angulos rejectos, de novo in lucem traxisse ad
eorum confusionem et aliorum perditionem, nam
in eorum interpretatio vera esset, deberet esse conformis
doctrinæ christi et Apostolorum, sed quia illi è diametro
contraria est, sequitur esse falsam.

Aliter longè dicendum de Ecclesia catholica, quæ, N. 78.
propter veros apostolos, doctores et interpretes à tempore
Apostolorum usqs in hodiernum in eadem doctrina et
doctrina christi et Apostolorum semper permansit, neqs
propter diversos prædicatores se ipsam divisit, et secun-
dum eorum nomina aliter appellavit, quam christi
Ecclesiam, qui solus est caput eius, et ipsa unicum
corpus eius; unde malitiosè Lutherus eam papistiam
appellat, eò quod doctrinæ Papæ adhæreat, nam nullus
Papa adhuc aliter docuit, quam christus docuit, et si
aliter doceret, esset hæreticus sicut cæteri novi doctores,
et si aliquid ad credendum proponeret, certè nemo
christianus ei assentiret, sine hoc nomen tantum ad-
invenit, ut suis sectatoribus Ecclesiam particularem con-
stitueret.

N. 79.

§. 2dus

~~Dicendum~~. Quo prerogativa christus Ecclesiæ
sua concesserit?

Ad. Quod prerogativa Ecclesia in lege naturæ habuerit
ignotum est, quia Moyses nihil de iis nobis in scriptis
reliquit. quoddam autem illam habuisse non est
dubium, quia hæc ad regimen Ecclesiæ sumè ne-
cessaria sunt.

De Synagoga certius loqui possumus, nam
1o. ait Moyses Deut. 7. 6. quod Deus populum Israel
in specialem populum sibi elegerit. „ populus es
„ sanctus domino deo tuo. te elegit Dominus Deus
„ tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis po-
„ pulis, qui sunt super terram.„
2do credita sunt illi eloquia Dei. „ tolle librum
„ istum (: ait Moyses Deut. 31. 26 :) et ponite eum in
„ latere arcæ fœderis domini dei vestri, ut sit tibi
„ contra te in testimonium.„
3tio dedit ei præcepta et leges, quas si conservent,
etiam illam conservatura fuit. Deut. 20. 16.
4to præscripsit ei quoque cultum, quo coli desideret,
ut totus liber Leviticus testatur.
5to dedit ei quoque potestatem judicandi de omnibus
rebus. „ si difficile et ambiguum quid te judicium
„ esse perspexeris inter sanguinem et sanguinem,
„ causam et causam, lepram et lepram (et judicium
„ intra portas tuas videris verba variari, surge et
„ ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus
„ veniesque ad sacerdotes Levitici generis, et ad judicem
„ qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui judi-
„ cabunt tibi judicij veritatem, et facies, quodcunque

a Rom. 3. 2.

„dixerint, qui prosunt loco, quem elegerit Dominus
et docuerint te juxta legem eius, sequeris que sen-
tentiam eorum. nec declinabis ad dexteram neque
ad sinistram. qui autem superbierit, nolens obedire
sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino
Deo tuo, et decreto judicis, morietur homo ille, et
auferes malum de Israel.„ et alia plura, quæ hic
apponere superfluum.

Multo autem majora prerogativa concessit christus
Ecclesiæ suæ. „ampliores enim gloriæ iste, pro Moyse b Heb. 3. 3.
dignus est habitus, quanto ampliorem honorem
habet domus, qui fabricavit illam. -- Moyses quidem
fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus
in testimonium eorum, quæ dicenda erant: christus
vero tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus
nos, si fiduciam et gloriam spei usque ad finem
firmam retineamus.„

Dein christus c non tantum venit, ut vitam habeamus, c Joan. 10. 10.
sed ut abundantius habeamus. ergo Ecclesia sua etiam
majores gratias tribuere debuit. fuit ainsi sequente:
jo. Ecclesia est istud regnum, propter quod christus ante d Luc. 19. 12.
ascendit, de cælo descendit, pro quo et animam suam
posuit, et pretio magno nempe suo sanguine redemit
et emit. „ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam e Ephes. 5. 27.
non habentem maculam aut rugam, aut aliquid
huius modi, sed ut sit sancta et immaculata, hoc est f 1. Thes. 4. 3.
enim voluntas Dei, sanctificatio eius.„

2do propterea fuit Deus naturæ humanæ in omnibus
suis conservatione providit, ita et christus, ut in

nullo deficiat, sacramentis et donis spiritualibus
providit. baptismum instituit, quo regeneramur in
filios Dei, et renascimur. confirmationem, quâ ad
perfectam statum et robur spirituale vitae christiana
perducimur. Eucharistiam, in qua tanquam per
cibum et potum in vita spirituali alimur et sustin-
tamur. poenitentiam qua quasi medicina à nobis
peccatorum pristinae valetudini restituimur. Ex-
tremam unctionem, quâ reliquiis infirmitatis
penitus abstergunturs, et anima in ultima infir-
mitate confortatur. ordinem per quem homines
ad regendam Ecclesiam constituuntur. denique mat-
rimonium, quo naturali defectui mortalitatis
subveniatur, ut sit etiam propagatio carnalis in
Ecclesia, sed sanctificata, deoque dicata.

3tio. dedit ei certas leges et praecepta, quorum
observatione salutem aeternam promereri possit.

4to. instruxit eam, quomodo Deum colere debeat.

5to. reliquit Ecclesiae suae omnem potestatem, cum
quia et ipse missus est. g "sicut misit me pater, et ego
"mitto vos. quorum remiseritis peccata, remittuntur
"eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. h quae-
"cunque alligaveritis super terram, erunt ligata et
"in caelo: et quaecunque solveritis super terram, erunt
"soluta et in caelo. i dedit ei virtutem et potestatem
"super omnia daemonia, et ut languores curaret.

g Joan. 20. 21.

h Matth. 18. 18.

i Luc. 9. 1.

K aperuit illi quoque sensum, ut intelligeret scripturas. K Luc. 24. 45.
l et dedit ei eandem charitatem, quam ipse habuit, ut l Joan. 17. 22.
sint unum, sicut et nos unum sumus. denique eidem
omnem suam auctoritatem et infallibilitatem tribuit,
m „qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit, m Luc. 10. 16.
qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.„ et
n „si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et n Math. 18. 17.
publicanus.„ atque ne unquam erret in rebus fidei,
ait: o „et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque o Math. 28. 20.
ad consummationem seculi. p et ego rogabo patrem
et alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum p Joan. 14. 16.
in aeternum.„ q non enim vos estis qui loquimini, sed q Math. 10. 20.
spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.„
R Sto denique membra huius Ecclesiae non amplius R Ephes. 2. 19.
hospites et advenae, sed cives Sanctorum et domestici
Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum
et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu,
in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum
Sanctum in Domino, in quo et vos coaedificamini in
habitaculum Dei in spiritu. s videte ergo qualem s 1. Joan. 3. 1.
charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur
et simus.„

An Christus ampliora praerogativa suae Ecclesiae
dare potuisset, quam dedit? an talia invenientur
in Ecclesiis hereticorum? hae praerogativae omnes
ab ipsa sacra scriptura Ecclesiae Christi confirmantur, nihilominus ab
~~[illegible]~~ hereticis illi denegantur, et pro

more nulli labori parcunt, et omnem operam impendunt
~~[illegible]~~ dum, scripturam ipsam "ita" pervertere, et in talem sensum
detorquere, ut sibi ipsi non amplius similis sit, videamus
nunc an ~~bene hoc faciant~~ et argumenta eorum
penitius perscrutemur.

N. 80. Imo non negant, quod ista homo nobilis sit christus
qui in hoc mundo sibi regnum seu Ecclesiam acquisivit. verum an non sunt ex illis, qui dixerunt:
7 Sap. 2. 19. "nolumus hunc regnare super nos?" "gravis est nobis
"etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita
"illius, et immutatis sunt viae eius." nam si christum
super se regnare paterentur, quare ex ipsius regno et
ecclesia exierunt, et adhaserunt falsis praedicatoribus
qui carnale Evangelium sensibus ipsorum comodius
ciderunt? quare se non simpliciter christianos no-
minant ut nos catholici, sed christianos et Evangelicos
Lutheranos, calvinistas &c. an per hoc non falentur,
se non christi, sed sectarorum Evangelio obedire? et
illorum doctrinam sequi, illos qs hos legislatores esse?
nam si illos tantum ut praedicatores Evangelij con-
sideraverint, nomen ab ipsis sibi non appropriarent,
Petrus praedicavit Evangelium, Paulus praedicavit
Evangelium &c. sed nos non appellamus Petrinos,
aut Paulinos, quia isti non sunt legislatores, sed
tantum ministri sermonis, unus autem legislator
christus. nec isti in doctrina dissiserunt, sed unum
et idem Evangelium praedicaverunt "sic" "manet unus

Legislator, à quo nos nominamur. cum igitur hi
Sectarij in doctrina sint diversi, et à doctrina christi
multum aversi, sequitur, quod illos tanquam suos
legislatores agnoscant, quia magis doctrinis illorum
quam doctrinae christi credunt. an ergo hoc non idem
est ac dicere: nolumus hunc regnare super nos?
ad qualem gratiam ex hac fide habebunt cum iste
homo augusto regno omnes judicabit? audite:
„dico autem vobis -- inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, et interficite ante me.“

2du nos Catholici quod Sacramenta agnoscimus. N. 81.
quod in Sacra Scriptura signa visibilia invenimus,
quibus christus suam gratiam adjecit, reperimus
autem in illa septem talia signa, nempe baptismum.
„nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, u Joan. 3. 5.
non potest introire in regnum Dei.“ Confirmationem.
x „hunc imponebant manus super illos, et accipiebant spiritum sanctum.“ x act. 8. 17.
Eucharistiam „qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem y Joan. 6. 55.
habet vitam aeternam.“ ~~Extremam unctionem~~
Poenitentiam z „quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.“ z Joan. 20. 23.
Extremam unctionem aa „ungebant oleo multos aegros, et sanabant.“ aa Marc. 6. 13.
Ordinem bb „noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij.“ bb 1. Tim. 4. 14.
et ~~Extremam~~ Matrimonium.
cc „salvabitur autem per filiorum generationem, cc 1. Tim. 2. 15.
si permanserit in fide &c.

Ex his nostri hæretici tantum duo agnoscunt, primum baptismum et Eucharistiam, sed quare non et alia, cum tamen scriptura legatur, quod Apostolis cælera omnia administrare? an cessarunt, aut Christus tantum Apostolis ea administrandi potestatem dedit? aut Ecclesia catholica erravit, dum ab Apostolorum tempore illa omnia administrant? nil minus: sed causa est hoc, quia Christus hanc administrationem solis Apostolis commisit, et ipsi neque Episcopos neque Sacerdotes habent, sicutque illa administrare nequeunt, unde quod illos per se cessarunt. Res cum veritate considerata, dicendum est, quod omnino nullum sacramentum habeant, nam baptismum tantum in exitu ex Ecclesia secum abstulerunt, qui et adultis nihil prodest, quia veram fidem non habent, ut supra ostendi, et cum Sacerdotes non habeant, qui panem et vinum consecrare possint, neque Eucharistiam habent, ergo nullum sacramentum. de

Sto et quarto inferius specialiter agam. ad

5tum quod plura notatu digna in se continet, plura quoque dicenda sunt.

N: 82. Primum est, quod Christus sua Ecclesiæ eandem potestatem reliquerit, quam ipse habuit, patet ex hoc: nemo infitiari potest, quod mortuum suscitare, aliaque miranda patrare sit opus solius potestatis divinæ: jam Math. 10. 8 dixit ad Apostolos suos: „ euntes autem prædicate dicentes:

„ quia appropinquavit regnum cœlorum: infirmos cu-
„ rate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones
„ ejicite, gratis accepistis, gratis date.„ quod et fecerunt,
quis ergo de hac potestate dubitabit?

2d. nemo potest peccata dimittere nisi solus Deus. N. 83.
interim Christus et hanc potestatem discipulis suis
dedit: dicens: quorum remiseritis peccata remittuntur
eis. quid ad hoc hæretici? Novatiani dicebant: quod
peccata remittere vel retinere nil aliud sit, quam
verbum Dei prædicare. at quis insipiens tam ingte
nuam interpretatus est? an unum et idem est verbum
Dei prædicare et peccata remittere? potest quis verbum
Dei prædicare et credere, et tamen peccator manere,
ut experientia constat, ergo sunt duo diversa, quæ in
dependenter ab invicem consistere possunt, ergo inter-
pretatio nulla. Sublilius ~~[illegible]~~ moderni
hæretici de hac re loquuntur, ut et sacerdotibus catho-
licis hanc potestatem, quam ipsi non habent, abnuant,
et pœnitentiam ex numero sacramentorum expungant.
hæc enim argumentantur: solius Dei est peccata
remittere vel retinere: ergo verba Christi supra allata
in alio sensu intelligenda sunt, nimirum, quod si
peccator ex terrore incusso peccatum suum agnoscens
fidem ex Evangelio conceptam arripit, et credit, Christum
illud remissurum esse, postea minister solumodo de-
clarat, peccatum nunc ei remissum esse; nam quia
prostali aut sacerdotes Deus non sunt, majorem potesta-
tem Christus eis tribuere non potuit.

Sed tam inepte quam Novatiani loquuntur. quia
quia poenitentia fugiunt, omnia juxta Doctrinam
Lutheri soli fidei adscribunt. in tota S. Scriptura non
aliud remedium invenimus ad delenda peccata, nisi cor
contritum, conversionem ad Deum, et emendationem
vitae. hoc tria Deus omni tempore à peccatore ad
remissionem peccatorum requisivit testantibus omnibus
prophetis et Evangelio. an ergo fides est contritio,
conversio, aut emendatio vitae? fides stare potest
cum peccato, ergo fides peccatum non remittit.
Dein Christus non dixit ad apostolos: declarate eis
peccata remissa sint, sed: quorum vos peccata remiseritis
remittentur eis, ergo non declarationem, sed potestatem
eis concessit peccata remittendi. propterea apostoli non
erant Deus, quia peccata non remittebant ex propria
potestate sed delegata, et in nomine Christi. sic S.
Paulus dum ~~fornicario~~ 2. cor. 2. 10. peccatum suum
remisit, ipse de se fatetur dicens: "cui aliquid donasti,
"et ego, nam et ego, quod donavi, si quid donavi, propter
"vos in persona Christi." Languores sine alio remedio
curare est virtutis Divinae: apostoli hanc potestatem
habuerunt, et exercuerunt: sed Petrus act. 9. 34. ad aeneam
dixit: "Sanat te Dominus Jesus Christus: surge et sterne
"tibi, et continuo surrexit." imo Christus ipse affirmat
cap. 16. 17. de illis hanc potestatem non aliter dedisse,
dum ait: "in nomine meo daemonia ejicient, linguis
"loquentur novis, serpentes tollent, super aegros manus
"imponent, et bene habebunt."

Et quis Christo auferet potestatem suam virtutem alis
communicandi et delegandi? Haeretici, quia ipsi hanc
potestatem non habent? Christus fecit, ut acta testantur, ergo potuit facere:
ergo ipsorum doctrina est mera fraus, qua homines de-
cipiunt et in perniciem trahunt. aut duri sermonis
me arguent? sed videte: si eorum doctrina subsisteret
et ministri essent tantum declaratores, quis furet ei
peccata remissa fuisse? hanc scientiam nemo habere
potest sine revelatione: jam quis praedicans potest
me certiorem reddere, quod dum hanc declarationem
facit, se ex revelatione percepisse, quod deus peccata
dimiserit? nullus. ergo et eorum doctrina est fraudulenta.
Longe melius Christus providit suae Ecclesiae, dum hanc
potestatem suis sacerdotibus concessit, ut si quos dignos
invenient, eis peccata remittant, quos ex confessione,
contritione et satisfactione facile dignoscere possunt
adeo, ut si nullum requisitum deest, quilibet certus
esse possit, se esse absolutum. et quia hoc donum haeretici
non habent, sequitur eos non esse membra Ecclesiae.

3tio quod apostoli habuerint potestatem ligandi et solvendi, adeoque leges condendi, sufficienter exprimitur per hunc textum. ut ut autem potestas hac in jure divino fundata sit, quia autem haereticis et modernis libertinis rem magna et intolerabilis videtur, multis argutiis parcunt, ut eam si non omnino tollant, saltem ipsam minuant ita, ut sibi ipsi non amplius servilis videatur. et ut facilius finem suum assequantur, omnem potestatem in principes seculares refundunt, ut ipsorum tutelâ errores suos impunè in vulgus spargere valeant. quos ut melius refutare possim, illorum

N. 84

doctrinam, in qua omnes hi libertini conveniunt, huc proponere placuit.

Doctrina Libertinorum.

De Juribus Principum in Ecclesia christiana.

1o. Imperium civile nec directè nec indirectè subjicitur imperio Ecclesiastico.

2do civitas in ordine ad persequendum finem sibi proprium est Societas ab imperio Ecclesiastico prorsus libera.

3tio Princeps habet jus strictum, proprium et perfectum pro viribus suis non solum removendi omnia impedimenta religionis christianæ, sed etiam omnia media adhibendi, quibus eadem promoveatur. En! jus Regium advocatiæ in Ecclesiam christianam.

4to. Principi competit jus pariter strictum, proprium et perfectum impediendi, ne pretextu Religionis christianæ detrimentum aliquod civitati quomodocunque inferatur. En! jus Regium cavendi in Ecclesia christiana, cuius pars est jus placiti Regij.

5to Princeps jure advocatiæ officia essentialia Religionis legibus suis confirmat. Item accidentalia, quamdiu sunt civiliter innoxia, suis legibus corroborat. Item disciplinam Ecclesiasticam vel observantiam canonum urgendo promovet, vel resuscitatis antiquis canonibus aut novis legibus reformat.

6to jure Regio cavendi in Ecclesia Princeps officia accidentalia religionis, cuius cunque generis sint, vel suspendit, vel prorsus abrogat, si ea civiliter

noxia perfecerit; unde peregrinationes, longiores, caremonias aliaque sacra, nocturnos conventus in Ecclesia, pias confraternitates, ordines quoadam religiosos abrogat: ad ordines suscipiendos vel ad ingressum cloaster certam etatem prefigit, regulares a nexu aliorum superiorum in foro interno et externo absolvit, calibatum clericorum ad primorum seculorum normam reduxit, quia hoc et similia ad essentiam religionis non pertinent, et quia sine illis salus eterna obtineri potest.

2no. Vota solemnia sunt quidem juris divini, sed pactorum socialium obligatio est etiam juris divini, et tamen a principe hoc tolli potest, ergo etiam illa, quia princeps tollendo ordinem tantum nexum socialem dissolvit, ex qua tamen tali mutatio sequitur, ut obligatio votorum per se cesset, aut saltem ita ratio adest ad dispensationem impertiendam, ut Clemens XIV. tollendo societatem religiosos ab omni obligatione liberos pronuntiavit.

3vo. Princeps habet jus in personas, quae vel vota nuncupaturae vel ordines sacros suscepturae sunt. Hinc igitur prohibere potest, ne idem salutis publicae detrimenta faciant. Nunquid maritus uxori, pater filio jus vetat, ne voto se obstringant, unde idem num quoadam in familiam redundet?

4no. Quia princeps habet jus in personas Ecclesiasticas, habet etiam jus in bona spiritualia, et potestas supplicare pro subditis, quia sunt accessorium quid.

10. Princeps tenetur subditis suis concedere tolerantiam civilem cuiuscunq; religionis civiliter innoxia, etiamsi hoc falsa sit, quia tantum habet jus circa sacra, cuius finis est felicitas externa civium, cui cum Religio quacunq; civiliter innoxia non adversatur, neq; potestas eam subditis prohibendi inde ortis conferre est.

11. Princeps tenetur subditis suis relinquere libertatem civilem religionis non solum vera, etiamsi hoc civitati respective noxia videatur, sed etiam cuiuscunq; falsa, si eius tolerantia civiliter vel necessaria vel utilis, vel saltem innoxia sit, dummodo satis provideatur, ne in profanum perversionis periculum subditi orthodoxi incidant.

12. Princeps quia Princeps tenetur quidem religionem veram suis, non quatenus vera est, sed quatenus est utilis civitati. Si igitur tolerantia religionis falsae civitati pacis est utilis vel saltem innoxia, non est cur Princeps hanc subditis suis prohibere teneatur.

13. Principes Religiosissimi evaserunt tolerantiam falsae religionis denegando, nisi id fecerit vel publicae tranquillitatis causa, vel facto publico obstricti, se nunquam velle falsam religionem in suum territorium admittere.

14. Imperio Ecclesiastico competit quidem jus in cultum Dei externum, hoc est, jus determinandi cultum Dei

externum, sed propterea ei non competit jus in temporalia ad hunc cultum necessaria, nam sufficit jus determinandi usum religiosum bonorum temporalium tanquam moraliter bonum, quod determinatio pertinet ad jus circa temporalia.

15. cum Jesu christo igitur, cum apostolis, cum SS. patribus universis loquimur, dum dicimus, nec Romano Pontifici, nec Episcopis seu seorsim singulis seu simul acceptis jure divino competere ullam potestatem temporalem vel directam vel indirectam, quare tantum abest, ut concilia generalia vel Romani Pontifices Regem quemquam directe aut indirecte exauctorandi jus habeant, ut ne quidem alias quascunque poenas temporales delinquentibus infligere jure proprio possint.

De jure Principum circa decreta Ecclesiastica.

1o. In decretis dogmaticis quatuor sunt considerandi. 1. dogma ipsum seu veritas divinitus revelata. 2. verba, quibus dogma exprimitur. 3. promulgatio. 4. clausulae, quae nonnunquam adjiciuntur.

2do. jus placiti Regii se extendit ad omnia decreta Ecclesiastica tam dogmatica quam disciplinaria. jus enim hoc se extendit ad omnia ea, ex quibus periculum civitati imminet. ex dictis autem patet, nullum esse decretorum Ecclesiasticorum, unde mali civilis periculum non sit timendum. unde Ferdinandus III. et Leopoldus prohibuerunt, ne promulgentur, antequam inspexerint. jus hoc habent infideles et

acatholici Principes, ut fiant, qualem doctrinam in suis Territoriis missionarij promulgent.

De Jure Principum circa personas Ecclesiastica.

1o. Personae Ecclesiasticae sunt sive naturali subjecta imperio civili, quia membra sunt civitatis. Idem jure Evangelico Rom. 13. omnis anima et nec verbum invenitur in novo Testamento de Exemptione tali.

2do. Personae Ecclesiasticae sive divino cum positivum naturali subjecta sunt potestati Principum legislatoria, inspectoria, judiciaria, coactiva et Executoria. Eadem partes subjacent juri Regio Principum circa sacra; quia in omnibus Imperio civili subjecta sunt. quare Imperatores non ex concessione Pontificia, sed jure proprio indixerunt octo prima concilia oecumenica, adeoque eis sicut Papae, eadem potestas competit, ita tamen ut tam Papae quam Principis jus suum salvum maneat, sed tantum titulus non idem est, Papa enim jure primatiali, Princeps jure regio convocat. idem de alijs conciliis dicendum.

3tio. Si contingit, ut Papa aut Episcopus alicui civi sive in plana temporali sive spirituali per multa pecuniaria aut Excommunicationem gravamen infligit, civis ille habet jus appellandi ad Principem. v.g. si Parochus ob crimen beneficio privatur, tunc per Jurisdictione Regia potest Princeps jubere, ut causa ipsa examinetur, et interim Parochum restituere, quia

sic Princeps non potestatem spiritualem exercet, sed tantum vim et turbationem auferet. et hoc jus quilibet Princeps habet in suo territorio ut advocatus Ecclesiæ.

4to. Princeps etiam habet jus se in Electionem Papæ immiscere, ut dignus constituatur.

5to. Princeps licitè agit, si Episcopis præcipit, ut sua jura antiqua iterum exerceant.

6to. Princeps in suo Territorio potest novos Episcopatus Primatesq; erigere.

7mo. Immunitas Ecclesiastica personalis tota ex privilegio Principum oritur, cum Constantinus Magnus erat, quia nec ex scriptura, nec aliunde probari potest.

8vo. Sive suo agit Princeps, si personas Ecclesiasticas in omnibus causis Magistratui civili tam in civilibus quam criminalibus judicandas et puniendas subjicit, et etiam si quos sit ad servitia civilia compellat.

9no. Asylum non Episcopi, sed soli Principes jure proprio possunt concedere, jura enim majestatica utpote ab imperio civili inseparabilia propria auctoritate nemo nisi solus Princeps exercere potest, sed jus concedendi asylum est jus majestaticum, ergo

10. Proscriptionis juri Principum opponere eo minus licet, quo certius est contra jura majestatica nullam valere proscriptionem, quia ab imperio civili sunt inseparabilia, unde vera est propositio Luthari: si Imperator vel Princeps libertatem

Dabat personis vel rebus Ecclesiasticis "Tollit, non potest a
reliqui sine impietate et sine peccato. Hanc pro-
positionem Sorbonna damnavit, sed libertini dicunt
sicut Lutherus hic veritatem potuit dicere, ita et
Sorbonnam illam damnando errare.

De jure Principum circa bona Ecclesiastica.

1o. Bona Ecclesiastica sunt vel sacra, ut altaria
templa, quæ ad cultum divinum immediate pertinent
vel non sacra, ut agri, vineæ, in quibus etiam
bona civilia proveniunt, adeoque etiam bona ci-
~~vilia~~ vitatis sunt.

2do jus naturæ tribuit Principi facultatem bona
Ecclesiasticis quibuscunque non sacris tributa im-
ponendi. imò teneatur, si bona laicalia indegravant.
Atio jus positivum divinum facultatem Principis
non abstulit, quia nihil refert Scriptura.

4to Nec deo nec Ecclesiæ injuriam inferunt Principes
si immunitatem Ecclesiasticam realem vel restringant
vel omninò tollant, quia nec Deus prohibet, nec
Superiores Ecclesiastici prohibere possunt, quia nil
contra jus majestaticum agere possunt.

5to. Bona Ecclesiastica nil petere possunt nisi
congruam sustentationem, ergo Princeps bene agit
si superflua ad usum meliorem, ad beneficia plura
erigenda applicet.

6to Ex hac causa ex lege caveri orta est lex
amortizationis, quæ valida et justa est, ne bona
civitatis inutiliter impendantur.

Et hoc sunt potissima argumenta, quibus moderni Libertini auctoritatem Ecclesiæ Christi subvertere nituntur, sed labor inanis, quia hoc Ecclesiæ fundata est super petram, quo à tam vili vento humanæ astutiæ subverti non potest, ut mox videbimus. dd Matth. 7. 25.

Ad jmum de jure Principum in Ecclesia Christiana.

R. ad jmum quod imperium civile nec directè nec indirectè subjaciatur imperio Ecclesiastico sic: si hoc propositio vera esset, sequeretur necessario, quod nullus Libertinorum, et eorum, qui hanc doctrinam sequuntur, sit christianus, quia Christus expressè ait: ee Hi qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus. nam audire Ecclesiam idem est ac præceptis illius obedire, et imperio illius se subjicere, qui ergo illi non obedit, et imperio illius se subjicit, est Ethnicus et publicanus, qui utique nec directè nec indirectè imperio Ecclesiastico subjecti sunt, quid enim mihi (ait apostolus 1. Cor. 5. 12.) de iis, qui foris sunt, judicare? N. 85. ee Matth. 18. 17.

R. ad 2dum quod civitas in ordine ad persequendum finem sibi propositum sit societas ab imperio Ecclesiastico prorsus libera, absolutè negando: nam quis est iste finis, quem civitas sibi proponere debet? an forsan felicitas temporalis? negat hoc Christus et prosequit Matth. 6. 31. nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operi- N. 86.

„emur? hoc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim
„Pater vester, quia his omnibus indigetis. quærite ergo
„primum regnum Dei, et justitiam eius, et hæc omnia
„adjicientur vobis.“ unde provenit felicitas tempo-
ralis? an ex labore et diligentia hominum? nonne
à Deo solo, à quo omnia bona procedunt? aut christi
fructus nobis procedit? et hæc omnia bona à Deo
petamus, et primum quidem, ut adveniat nobis reg-
num suum? si ergo finis primarius civitatis esse
debet, quærere primum regnum Dei, et justitiam eius,
et si hoc fit, cætera omnia à Deo nobis adjicientur,
quomodo civitas potest esse omnino libera ab
imperio Ecclesiastico, cum regnum Dei et justitia
eius nusquam nisi in Ecclesia inveniri possit? an
hi libertini non se ipsos produnt, se non esse christi-
anos, sed atheos et gentiles, quia juxta effatum
christi tantum gentes bona temporalia pro fine sus
habent. hic finis civitatis inutilis est: apostoli per
totam noctem laborantes nihil ceperunt, dum autem
in verbo christi laxarunt rete, concluserunt copiosam
multitudinem piscium, quia Deus dator est omnium
bonorum.

N. 87. 88. adhuc quod princeps habeat jus strictum, proprium
et perfectum pro viribus suis removendi omnia impedi-
menta religionis christianæ quæ sunt hæc impedi-
menta, quæ religio christiana felicitati temporali
opponit? omnia præcepta religionis christianæ pro
fine habent felicitatem tam perpetuam quam temporalem

ff Crath. 6. 9.

gg Luc. 5. 5.

hominum, hoc est enim voluntas Dei et christi.
qui ergo poterunt impedire felicitatem temporalem?
Christus ait Math. 7. 7. „ petite et dabitur vobis, quærite
et invenietis: pulsate et aperietur vobis. „ si ergo hoc
omnia à Deo petenda et accipienda sunt, et Religio
christiana hoc idem doret, quomodo poterit impedire
felicitatem temporalem? tolle præcepta divina et
Religionem, ubi erit cultus divinus, et societas
humana? ubi pax? ubi mutuum auxilium? ubi
charitas? an non totus mundus esset mera con-
fusio et spelunca latronum? si ergo Religio
præcipiendo proximum diligere sinit se ipsum, et
sic societatem humanam non tantum commendat
sed et præcipit, qui poterit felicitati temporali obesse?
esto: quod unus aut alter propter Religionem ab
hoc vel illo negotio impediatur, aut etiam in tem-
poralibus aliquod detrimentum patiatur, cui in
hoc conflictu potius serviendum? Deus requirit
à nobis, ut ei soli tanquam creatori, conservatori
et soli domino serviatur: et christus Math. 6. 24.
addit: „ nemo potest duobus dominis id est Deo et
mamonæ servire, in quo servitio Religio consistit,
cui ergo, quæro iterum, potius serviendum Deo aut
mamonæ? an non hi libertini iterum se ipsos
produnt, se nullam religionem, nec Deum, nec
animam rationalem habere, et quorum solus Deus
venter ipsorum fit? et qui ut sus sub arbore glandes
quærens et tegens oculos nunquam in arborem cen-
tenefactorem suum attollit.

N. 88 Si ergo ex precepto Divino soli Deo serviendum
et non mamonæ, non mundo, non divitiis, ubi
est ergo jus Regium removendi omnia impedimenta
quæ felicitati temporali obsunt? quomodo stat hæc
doctrina cum esato Christi: „quærite primum regnum
„Dei et justitiam eius, et hæc omnia adjicientur vobis?
Principes terræ sunt advocati, sunt Tutores Ecclesiæ
et Religionis, non ut propter lucrum temporale illam
destruant, sed ut brachio seculari illam, si quis est,
defendant et tueantur, ut salutem animarum pro-
moveant, quia ipsi non sunt Domini et Legislatores
Religionis, sed et ipsi oves, qui si vocem Pastoris non
audiunt et sequuntur, non sunt ex ovili Christi. hinc
N. 89. ff. ad qtum eiusdem farinæ esse jus Regium cavendi
re protextu Religionis Christianæ detrimentum aliquod
civitati quomodocunqs inferatur, nam quod plus est
felicitas æterna, aut felicitas temporalis imaginaria
tantum hominis? primam confert Religio, aeternam
transitoriam mundus. quæ rationabilius primum
quærenda? Libertini posteriorem priori proponunt,
et ideo jus cavendi invenerunt, sed quæro ego: hh
hh Math. 16. 26. „quid
„prodest homini, si mundum universum lucretur,
„animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam
„dabit homo commutationem pro anima sua?" finam
cæcos istos in foveam et puteum interitus cadere, quia
nolunt intelligere, ut benè agerent.

N. 90. Sed ajunt, habent etiam jus placiti Regij adeo ut
sine illorum consensu nil novi in Religione statuj, ofhi

Sed quaeso ego: an dum christus Religionem instituit, etiam prius à Principibus huius seculi licentiam petierit, aut eos interrogaverit, quomodo illam instituere debeat? aut dum apostolos in universum mundum misit Evangelium praedicandi, hi quoque à Principibus quaesierint, quid praedicare debeant? praesertim cum illorum doctrina doctrinae mundi et Principum à diametro fuerit contraria? nullo modo, sed contra ipsorum voluntatem et imperium cum fiducia et expositione vitae verbum Dei praedicaverint, dicentes: „ judicate, an justum „ sit in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum.„ ii act. 4. 19.
Cum igitur hoc jus placiti Regii tempore Apostolorum in usu non fuerit, libertinorum est docere, à quo moderno tempore Principes hoc jus acceperint, illorum soli imaginationi non creditur.

Non diffiteor, vel maximè decere, ut si quid novi in Religione statuatur, hoc primum Principi insinuandum fore, ut Tutori et advocato Ecclesiae, ut populum ad observantiam compellat. penes ipsum quoque stare, ut si nocivum quid reipublicae invenerit, illi se opponat, et reformari faciat, quod tamen vix aut ne vix quidem supponendum, cum omnis lex ex se sit utilis et rationabilis esse debeat, sed hoc tantum intelligas velim de rebus ad Religionem essentialiter non pertinentibus, unde

Ad 5tum quod Princeps sive advocatio officia essentialia Religionis confirmet et accidentalia in- N. 91.

noxia corroboret, et canones antiquos novis legibus reformet, in hoc sensu absolute regando, quod officia essentialia et accidentalia sint et canones vim suam habeant à confirmatione principum, ut libertatis prodendum; nam hac potestas provenit à Christo, quam non principibus, sed apostolis et Ecclesiae sua tradidit, cui se principes, si christiani esse volunt, ipsi submittere debent. itaque officia hac et canones quidem confirmant, corroborant et urgent pro foro externo, non ut legislatores, sed ut adjutores, ut à suis subditis observentur. „labia enim Sacerdotis: ait Deus Malach. 2. 7.: custodient „scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus „Domini exercituum est.“ dein Christus Math. 13. 11. non ad principes, sed ad apostolos dixit: „vobis datum est nosse „mysteria regni coelorum, illis autem non est datum.“ ipse quoque non principes, sed apostolos misit praedicare, docere, et omnes in iis, quae ad Religionem pertinent instruere, quod utique potestatem legislatoriam indicat. imò apostolos non solum in essentialibus, sed etiam accidentalibus leges tulisse, constat ex act. 16. 29. ubi fidelibus prohibuerunt, ab immolatis, sanguine et suffocato comedere. hinc

N. 92. R. ad 1m falsum esse universaliter loquendo, quod principes sive Regio Cavendi in Ecclesia officia accidentalia religionis, cuiuscunque generis sint, vel suspendere vel prorsus abrogare possit, si civiliter noxia perpenserit. dixi universaliter loquendo, nam hic distinguendum est:

inter actus privatos et apparenter tantum pios, ex
quibus quandoque majora mala quam bona oriuntur.
et inter actus publicos et ab Ecclesia approbatos.
circa hos ultimos certum est, Principes nullam potestatem
habere, quia sunt actus Religionis, circa quam
Principes nihil disponere habent, ~~ut ex mox dicendis~~
~~magis patebit~~ etsi circa actus privatos, si noxios
perpexerint, quandoque illos prohibere possint, ut ex
mox dicendis magis patebit.

Ex hac generali propositione Libertini nostri nunc
ad speciales casus veniunt, in quibus Principibus
omnem licentiam impertiuntur. et
1o ad peregrinationes longiores, quas ipsemet pro- N. 93.
hibere posse concesserim, si à tota communitate cum
dispendio agricultura instituantur, si ed tamen
ab una aut altera persona sine damno reipublicæ
instituantur, nego, quia tales peregrinationes sunt
actus liberæ pietatis, et opera pia in honorem
Dei et Sanctorum instituta, quo Princeps prohibere
non potest, cum ipsius potestas neque se in libertatem
naturalem, neque in cultum divinum extendat.
2do caremonias aliosque sacras, quas caremonias hic N. 94.
intelligant, nescio, sed si hæ ab Ecclesia approbatæ
sunt, Princeps huc nihil disponere potest, nam KK KK act. 20. 28.
non Principes sed " Episcopos Spiritus Sanctus posuit
" regere Ecclesiam Dei. "
3tio nocturnos conventus in Ecclesia. huc iterum
distinguendum: si hi conventus ab Ecclesia instituti
sunt præter mysterium aliquod Incarnationis Divinæ
Princeps nihil facere potest, quia nullam potestatem

in Ecclesiam habet. Secus dicendum de conventibus privatis et non approbatis, ex quibus multa mala oriuntur, quod tamen potius ad Prelatos Ecclesiæ quam ad Principes spectat.

N. 95. Ito pias confraternitates, ho omnino Principem non tangunt. S. Jacobus c. 5. v. 16. ait: „ orate pro „ invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio justi assidua „ Jam confraternitates nihil aliud sunt, quam societas quædam hominum, qui se sub tutela Christi, aut eius SS. Matre aut alio Sancto patrono obligant pro invicem orare, aliaq; pia opera exercere, ut salventur, quæ omnes ab Ecclesia approbatæ sunt; quid ergo ho ad Principes? an ergo Princeps salva conscientia potest prohibere orationes communes, aliaqs pia opera, quibus salus æterna facilius obtinetur, præsertim cum quædam confraternitates à Cælo ipso aut per revelationem aut miraculis institutæ sint? aut forsan reipublicæ noxia sunt? sed in quo? conventus hi ordinariè fiunt diebus dominicis et festivis, qui dies alias servitio divino dedicati sunt, ubi est ergo damnum civitatis? imò ain non magis illi proficui sunt, dum confratres et sorores in speciali cultu divino in charitate mutua, in piis operibus, et perhorrescentia peccatorum conservant, et benedictionem divinam in hoc mundo, et in altero vitam æternam promereri faciunt? sic enim judicavit apostolus Paulus; 1. Tim. 4. 8. ubi ait: „ Corporalis exercitatio ad modicum „ utilis est; pietas autem ad omnia utilis est, pro-

„ missionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ. „

est oblationes in confraternitatibus fieri consueto N. 96
oculos libertinorum nostrorum pungunt: cum
juda enim dicunt: ll „ ut quid perditio hæc? „ an non ll Math. 26. 8.
hæc pecunia melius impenderetur in civitate quam
in Ecclesia? sic semper hi libertini mundum deo
proponunt, et omnia quæ deo offeruntur, rejiciunt.
at longe aliter judicat christus. mulierem, quæ
alabastrum unguenti pretiosi super caput eius effudit,
non tantum non reprehendit, sed et laudavit dicens!
„ quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum
„ operata est in me — mittens enim hæc unguentum
„ hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. amen
„ dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evan-
„ gelium in toto mundo, dicetur, et quod hæc fecit
„ in memoriam eius. „ oblationes istæ omnes ad cultum
divinum ordinantur, et impenduntur, an hæc non
melius est, quam si ad luxum mundanum impen-
derentur? hæc approbant nostri libertini, illud
vituperant, quia dei est. item: an vidua ista mm mm Marc. 12. 42.
erravit, dum post profita sua necessitate duo minuta
quæ erat tota vitæ substantia, in gazophylacium
jactavit? non ait christus: „ amen dico vobis, quo-
„ niam vidua hæc pauper plus omnibus misit, omnes
„ enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt, hæc
„ autem de penuria sua omnia, quæ habuit, misit
„ totum victum suum. „ ex quibus clare patet,
quam injuriose nostri libertini de deo sentiant.

5to. ordines quosdam religiosos abrogat. cur tantum N. 97.
quosdam et non omnes? rationem dant, quia non

omnes sunt divites, aut Reipublicæ onerosi. ergo divites tantum et onerosi abrogari possunt. Sentemur hanc propositionem melius. nullus est ordo unquam institutus, qui se non certis votis obligavit vel ~~fecit~~ salutem propriam et simul utilitatem Ecclesiæ et reipublicæ procurandi, ut omnes Regulæ docent, propterea ab Ecclesia semper ratificati et confirmati sunt. quamdiu ergo quivis ordo in suo instituto perseverat, nec ab Ecclesia abrogari potest, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest, et quia per subsequentia vota à deo ipso acceptatur et confirmatur. nusquam autem legimus principes seculares aut ordines instituisse aut confirmasse, qui ergo illos abrogare poterunt? quivis ordo est res sacra, est status Ecclesiasticus propterea habens honorem Dei et salutem animarum quid hoc ad principes seculares? Hoc solum pertinet ipsos stat, hunc vel illum ordinem in suas ditiones recipere vel non, si autem semel rite, aut juramento aut pacto admissi sunt, neqs à successoribus principibus tolli possunt, quia juramentum aut pactum etiam ex sive natura ipsos obligat, quia ditiones suas non aliter nisi cum hoc onere sibi acquisierunt, nisi quis dicere velit, pacta et juramenta predecessorum successores non obligare, quod esset contra sanam rationem et communem praxin totius mundi dictum. imò si pacta, juramenta, et promissiones predecessorum nullum robur haberent, nulla civitas aut tota provincia

q à predecessoribus factum

a Principibus possideretur, et omnis fides sublata esset.
Non est ergo in potestate Principum ordinem aliquem
abrogare, aut aliquem in suis ditionibus rite fundatum
expellere, nisi ex causis gravissimis, è quarum numero
non est damnum aliquod effectum reipublicæ.

N. 98.

6to. ad ordines suscipiendos vel ad ingressum Monasterij
certam ætatem prefigit. novum et inauditum est hoc
jus, primùm hisce temporibus à libertinis nostris Prin-
cipibus adjudicatum. scimus enim ætatem pro ordinibus
suscipiendis et ingressu in Religionem antea semper ab
Ecclesia et concilijs prefixam fuisse, ut Concilium
Tridentinum testatur. hem! an Principis est disquirere
quinam sit capax et dignus ad ordines suscipiendos aut
ad ingressum Monasterij? utrumque est status Eccles-
iasticus, in utroque homo deputatur ad certum officium
Divinum: hæc deputatio autem non fit per Principes
Seculares sed per antistites Ecclesiæ, quorum solum ordo
est in mores, ætatem et capacitatem suscipiendorum
inquirere. in veteri Testamento Deus ipse Num. 8. 24.
ætatem Levitis prescripsit, quando ministrent in Taber-
naculo fœderis, in novo autem hanc potestatem Christus
suis apostolis reliquit, qui non ex concessione Principum
sed pro suo arbitrio Episcopos et Sacerdotes et Diaconos
ordinaverunt. scimus S. Paulum Timotheum adhuc
juniorem Episcopum constituisse, unde 1. Tim. 4. 12. ait:
" nemo adolescentiam tuam contemnat. " et c. 5. 22. ei
præcipit: " manus citò nemini imposueris. " et hoc sine
prefixione ætatis à Principibus, sed ut ipse Tit. 1. 5. ait:

„ut ea, quæ defunt, corrigas, et constituas per civitates
„presbyteros, sicut et ego disposui tibi.„ Si ergo hoc jus
ab initio ad apostolos pertinuit, quo jure moderno tempore
ad principes devolutum est?

N. 99 2no. Regulares à nexu aliorum Superiorum in foro
interno et externo absolvit, celibatum clericorum ad
primorum seculorum normam reducit; quia hæc et
similia ad essentiam religionis non pertinent, et
quia sine illis salus æterna obtineri potest.

Quod de nexu aliorum Superiorum hic dicunt,
nimium dicunt; nam quis unquam somniavit, Prin-
cipes seculares habere potestatem in foro interno ab-
solvendi? hic nexus provenit à Regulis ordinum,
cui homines ex libertate naturali se sponte et
liberè subjiciunt, quam libertatem nullus Princeps
nemini auferre potest; ergo nec nexum tollere potest.

Sed ajunt: potest Princeps prohibere ne ullus ex-
traneus in suis dominiis aliquam potestatem ex-
ercat: sed distinguo, in rebus, quæ sui fori sunt
concedo, in rebus Ecclesiasticis et Spiritualibus,
qualis iste nexus est, nego; nam iste nexus concer-
nit disciplinam regularem et pro fine habet salutem
animarum, quæ sunt extra forum Principis, quæ
ad Ecclesiam spectat, in qua sunt Principes nihil disponere
habet, ita nec etiam Religiosos neque in foro externo
ab hoc nexu absolvere potest.

N. 100. Quod celibatum attinet, ut is ad normam primorum
seculorum reducatur, libertas hi prius probare debent

an in primis seculis Episcopi, sacerdotes et Levitae
uxores habuerint nec ne. verum est, apostolos fere
omnes uxoratos fuisse, dum à christo vocati sunt,
sed post susceptum apostolatum iis non amplius
cohabitasse testatur S. Paulus 1. cor. 9. 5. ubi ait:
" apostolos et fratres Domini et cephas mulieres
" quidem secum circumduxisse ut non ut uxores, sed
" ut sorores, ut iis ministrent, ne propter necessitates
corporales à ministerio verbi impediantur. quod
et ipse uxorem non habuerit fatetur 1. cor. 7. 8. ubi
ait: " dico autem non nuptis et viduis: bonum est
" illis, si sic permaneant, sicut et ego. " hoc idem
praecepit Timotheo 1. Tim. 5. 22. dicens: " te ipsum castum
" custodi. " imo quod ab Apostolorum tempore cae-
latus introductus fuerit, testatur concilium 2du carthag-
inense ora 428. habitum, quod c. 2. sic ait: " ita
" placuit et condecet sacrosanctos antistites, et Dei
" sacerdotes, nec non et Levitas, vel qui sacramentis
divinis inserviunt, continentes esse in omnibus, quo
" possint simplicitate, quod à Deo postulant, impetrare,
" ut quod apostoli docuerunt, et ipsa servavit antiquitas
" nos quoque custodiamus. ab universis Episcopis dictum
est: omnibus placet, ut Episcopi, presbyteri et diaconi,
et qui sacramenta contrectant, pudicitiae custodes etiam
" ab uxoribus se abstineant. "

Nec suffragatur eis dictum apostoli 1. Tim. 3. 2. ubi ait:
" oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris
" virum. item: diaconi sint unius uxoris viri. " nam ut

S. ambrosius hic advertit: apostolus non dicit, Episcopum vel Diaconum facientem, sed habentem filios, qui scilicet ante captum Episcopatum genuit, ut et honestè eos educat, aliàs sibi ipsi contradiceret, dum 2. Tim. 2. 4. ait: "nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, "ut ei placeat, cui se probavit" item 1. Cor. 7. 32. "volo autem "vos sine solicitudine esse. qui sine uxore est, solicitus "est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. qui autem "cum uxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo "placeat uxori et divisus est" quæ divisio stare non potest cum ministerio Dei.

Hæc explicatio non placet quidem nostris hæreticis libertinis, sed volunt, melius Domino posse servire cum uxore quam sine uxore, quia apostolus ait: "melius est nubere quam uri" sed apostolus etiam causam addit, nimirum: "quod si se non continent "nubant." quod si quis ergo se continere non potest, nubat, sed ad ministerium Divinum celebrandum non accedat.

Denique nullam antiquitatem afferre possunt nisi conjugium græcorum, quod ipsis fortasis ab initio concessum est, quia cælibatus ad essentiam Religionis quidem non pertinet, et sine illo salus æterna obtineri potest, sed ob decentiam et reverentiam ministerij Divini semper prohibitum fuit ~~[illegible]~~ in Ecclesia latina, et nemo ad sacros ordines promoveatur, nisi prius castitatem voverit. qui ergo Princeps cælibatum tollere potuit, cum ipse neminem ordinare possit?

* confirmatur, quæ explicatio ex alio loco 1. Tim. 5. 9. ubi idem apostolus ait: "vidua eligatur "non minus sexaginta "annorum, quæ fuerit" "unius viri uxor." et v. 12. ait: quod tales viduæ, si iterum nubere velint, damnationem habeant, quia primam fidem irritam fecerunt. si igitur viduis sacratis non licebat iterum nubere, quanto minus Episcopis et alijs ministris altaris? sane hic apostolus

Rz. ad 7mum, ubi dicunt nostri libertini, quod vota solennia sint quidem juris divini, sed quia pactorum socialium obligatio est etiam juris divini, et tamen à principe tolli potest, ergo etiam vota solennia proque quia vota ordinem civitati nociva sunt, et lex naturae principem obligat, omnia civitati nociva eliminandi. Sed quam inepte discurrant statim videbimus. inprimis vota solennia non sunt juris divini, nisi quatenus à deo permittuntur et acceptantur, sed sunt actus meri facultatis humanae ex quibus ex jure naturae oritur obligatio promissa servandi, quia omne promissum ex jure naturae cadit in debitum. Sic deus ipse describit vota Deut. 23. 21. ubi ait: „ cum votum voveris domino „ deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret „ illud dominus deus tuus. et si moratus fueris, re„ putabitur tibi in peccatum. si noluerit polliceri „ absq; peccato eris. quod autem semel egressum „ est de labiis tuis, observabis, et facies sicut pro„ misisti domino deo tuo et propria voluntate, „ et ore tuo locutus es. „ similiter obligatio pactorum socialium non est ex jure divino, sed naturali, nec à principe hoc tolli potest, sed solummodo mutuo paciscentium consensu, quia est actus liberae facultatis, quae principem non tangit, nisi talia pacta ob damnum civitati emergens lege prohibeantur. interim magna est differentia inter vota solennia et inter pacta socialia: hoc temporalia respiciunt, illa divina quia sunt promissiones deo facta

quod si à Deo semel acceptata fuerint, sine consensu et remissione illius tolli non possunt. exemplum habemus in matrimonio rato, in quo ipse Deus conjuges conjungit, de quo ait Christus Math. 19. 6. „quod „ergo Deus conjunxit, homo non separet.„ quia ergo etiam homo per vota solennia Deo se specialiter devovet, et arctius se Deo conjungit, et hac conjunctio per acceptationem perficitur, idem dicendum: quod Deus conjunxit, homo non separet. licet ergo princeps quandoque obligationem pactorum socialium tollere aut prohibere possit, quia temporalia, quæ sunt ipsius fori, tantum respiciunt, propterea non potest tollere vota solennia, nisi insimul Deo perjuret, ne illa acceptet, et rati habeat, quod extra ipsius potestatem sit, ipsi certini fateri debent.

Dein ubi per vota solennia civitati aliquod damnum inferter, aut quæ lex naturæ præcipit singulis hoc damnum eliminare? sane per obedientiam non, quia sive huic sive alteri obedientiam spondeam, civitate parum interest, quia omnes obedire debemus. neque per castitatem, quia totus mundus ita abundat hominibus, et vix unus aut alter suam sustentationem inveniat. an non igitur civitati magis proficuum est, si uni aut alteri illius civium per ingressum religionis provideatur? neque per paupertatem voluntariam, quia per hanc civitas nullum damnum patitur, sed emolumentum percipit, quia cives pauciores habet, qui se sustenare nitentur. si ergo civitas per vota solennia nullum damnum

patitur, quo jure deretur Princeps illa tollere? jure naturæ? sed hoc jure Princeps non major est quam quivis alius homo. sola ordinatione Divina Rectore, huius mundi constituti sunt, ut omnia in eo ordine conserventur: quia autem Christus ipse præcepit, omnia terrena despicere, et soli Deo servire, ubi est ergo hoc præceptum?

Quod denique addunt: quod Princeps tollendo ordinem tantum nexum socialem dissolvat, ex quo tamen tali mutatio sequatur, ut obligatio votorum per se cesset, aut justissima ratio adsit ad dispensationem impertiendam, ut Clemens XIV. tollendo Societatem Religiosos ab omni obligatione liberos pronuntiavit; dico primum falsissimum esse, quod Princeps possit tollere ordinem, nisi velit et Jesum cultum Divinum tollere, quia omnis ordo ad cultum Divinum promovendum institutus est. dein ut jam dixi, quilibet ordo est res spiritualis ab Ecclesia approbata, adeoque extra forum principis secularis, qui ergo eam tollere potuit? ejiciendo Religiosos en ditione sua ordinem non tollit sed minuit tantum Religiosos, et si hoc fecerit, videbit ipse, quomodo vindictam Divinam effugiet. item ejiciendo et dispergendo Religiosos nexum socialem id est vitam illorum socialem quidem tollit, sed præterea obligatio votorum non cessat, quia hoc et extra Monasteria et vitam socialem servari possunt, et debent. dico, debent: quia res casta non est, an per dispensationem tali possint? contrarium

N. 102

q vide de hac re in fine N. 596.

enim scriptura expresse docet, ut patet ex textu n. 101.
ex Deut 23. adducto. deinde David ait psal. 49. 14. "immola
"Deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua."
et Ecclesiastes c. 5. 3. "si quid vovisti deo, ne moreris
"reddere, displicet enim ei infidelis et stulta promissio.
"sed quodcunque voveris, redde. multoque melius est non
"vovere, quam post votum promissa non reddere."
Math. 23. 18. dicebant pharisei: "quicunque juraverit
"in altari, nihil est. quicunque autem juraverit in dono
"quod est super illud, debet." christus autem respondebat:
"caeci! quid enim majus est donum an altare,
"quod sanctificat donum? qui ergo jurat in altari,
"jurat in eo, et in omnibus, quae super illud sunt.
"et qui jurat in coelo, jurat in throno dei, et in eo,
"qui sedet super eum." ergo qui jurat deo, tenetur
juramentum reddere.

Item S. Paulus 1. Tim. 5. 11. ait: "adolescentiores autem
"viduas devita; cum enim s. transgrediendo votum
castitatis:" "luxuriatae fuerint in christo, nubere
"volunt, habentes damnationem, quia primam fidem
"irritam fecerunt."

Item Luc. 9. 61. quidam ad Jesum dixit: "sequar te
"domine, sed permitte mihi primum renuntiare his, quae
"domi sunt. ait ad illum Jesus: nemo mittens manum
"ad aratrum, et respiciens retro aptus est regno dei."
cum ergo omnes religiosi per vota solennia manum
miserunt ad aratrum, quomodo sine jactura salutis

retro respicere poterunt?

At ajunt: nunquid Ecclesia habet potestatem ligandi atqs solvendi ad eo, ut quidquid ligaverit aut solverit, erit quoqs ligatum atqs solutum in calo? Dein an non ordines approbat et confirmat, ergo etiam potest eos iterum tollere?

Ad. Ecclesia habet potestatem ligandi atqs solvendi in iis, quo in potestate eius sunt concedo, in iis, quo jam alterius juris sunt nego. vota in facie Ecclesiæ semel emissa non sunt amplius in potestate Ecclesiæ quia à deo jam sunt acepta et ratihabita! quod autem à deo semel est acceptatum et ratihabitum Ecclesia non amplius mutare potest, nisi dicere velis potestatem dei subesse potestati Ecclesiæ quod impium esset. Deus ligata et soluta Ecclesiæ approbat, sed vota solemnia ab Ecclesia non ligantur, et consequenter etiam non solvuntur, sed obligationem suam ab acceptione dei accipiunt. sicut ergo Ecclesia promissa aut pacta ~~secularia~~ humana solvere non potest, si horum solutio redundet in damnum tertij, quia non Ecclesia sed creditor est dominus solutionis, ita neqs hic vota solvere potest, quia hac solutio cederet in damnum dei, cuius solius est, promissa condonare.

Dein verum quidem est, quod Ecclesia ordines approbet et confirmet[q] ab non vota, quo soli deo fiunt, et ab ipso approbantur.

Sed reponunt: vota propter ordinem emittuntur, et in ordine: ergo si ordo tollitur, cessant etiam vota, quia in votis consistit ordo.

M. super terram tantum

q et sic etiam certis ex causis tollere potest

at quaero ego, si per abrogationem ordinis etiam
vota cesserent, ad quid requiritur adhuc dispensatio
fane quod per se se cessat, non indiget dispensatione.
ergo vos adversarij fatentur, per solam abrogationem
ordinis vota non cessare, sed primum per
dispensationem tolli. ~~debeant~~ Jam si Deus ipse
Deut. 23. 21. ait: „cum votum voveris Domino deo
„tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud
„Dominus Deus tuus. et Christus Math. 19. 6. ait: „quos
„Deus conjunxit, homo non separet„ et Math. 28.
20. praecepit „servare omnia, quecunqs mandavi vobis
quis hoc dispensare audebit, praesertim cum modernis
temporibus tales dispensationes tantum ad petitionem
principum sine ulla rationabili causa fiant? in
Episcopo potestate est, circa valorem votorum disquirere
et pacta circumstantias ea aut nulla aut valida
declarare, sed quod in votis validis, praesertim solemnibus
dispensare possit, mihi persuadere non possum.

q. prout videtur ea doctrina christi esse con- vel dis- formia /: contra hanc enim nullam habet potestatem :/

Et ut ad objectionem in forma respondeam, dico:
vota quidem propter ordinem et in ordine emittuntur,
hoc est, ordo dat ansam ad emissionem votorum, vota
autem ipsa non ordini, sed deo voventur, et etiam
extra ordinem vovari possunt, unde licet ordo abrogetur
illa permanere possunt et debent, quia illorum re-
missio penes Deum stat, de qua nemo certus est. ex quo
sequitur, quemvis ordinem precise non consistere in
votis, bene tamen per ea perfici, quia ordo nihil aliud
est quam societas quaedam pacta certas regulas vivendi
quibus adjecta fuere vota majora, ut per hoc magis

perficiantur. Q vota castitatis, paupertatis et obedi-
entiae quinicuiqs Homini commendavit, antequam ullus
ordo existeret. Matth. 5. 3. ait: „ Beati pauperes spiritu,
„ quoniam ipsorum est regnum coelorum. Matth. 19. 12.
„ sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter
„ regnum coelorum. qui potest capere, capiat. „ obedi-
entiam suo exemplo docuit „ factus obedienti usqs ad mortem. „ in his omnibus
christus plures imitatores, apostolos et alios habuit,
qui se votis ad hoc adstrinxerunt, antequam ullus
ordo esset: ergo extra ordinem servari possunt. quod
autem quidam pudeat, propter ordinem hoc vota
emittant, ordo quidem est ansa emissionis, sed non
finis votorum, qui est in castitate, paupertate et
obedientia Deo servire sive ordo maneat, sive per
accidens abrogetur. manet ergo: „ quod semel egressum
est de labiis tuis, observabis, et facies sicut vo-
misisti Domino deo tuo et propria voluntate, et
ore tuo locutus es. „

q christus

nn Phil. 2. 8.

q aliis quibus bonis
quo quisq ordo sibi
elegit

Exemplum quod hic afferunt de Clemente XIV.
quod tollendo societatem religiosos ab omni obli-
gatione liberos pronuntiaverit, mei fori non est
disquirere, cum mihi neqs vota Jesuitarum, neqs
causa illorum abrogationis, neqs quid ipsa fecerit
notum sit, et hic nulla sit disputatio de facto,
sed de jure, contra quod ipsam nihil fecisse credo. vide plura inferius.
Et ad 5tum Quod princeps habeat jus in personas
~~ecclesiasticas habeat etiam in bona spiritualia~~
~~etiam~~ quo vel vota nunqam salvo vel ordines sacros
suscepturo sunt. his igitur prohibere, potest ire id cum
salutis publicae detrimento faciant. Sed pero ego,

N. 103.

unde habent principes talem potestatem in personas?
S. Paulus Rom. 13. 1. ait: „non est potestas nisi à Deo,
„quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.“ et Salomon
Sap. 6. 2. ait: „audite ergo Reges et
„intelligite, discite judices finium terræ — quoniam data
„est à Domino potestas vobis — quoniam cum estetis ministri
„regni ejus, non recte judicastis, nec custodistis legem
„justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.“
Nec quicam autem invenio in sacra Scriptura de hac
potestate, bene tamen contrarium. „Deus ab initio
„constituit hominem /: ait Syrach Eclici 15. 14 :/ et reliquit
„in manu consilij sui.“ Deus etiam speciale votum
Num. 30. 3. de votis dedit, dicens: „si quis virorum votum
„Domino voverit, aut se constrinxerit juramento, non
„faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit
„implebit — vidua et repudiata, quidquid voverint,
„reddent.“ solumodo hic excipit filios et filias sub patria
potestate et uxores sub mariti potestate constitutas,
quia non sunt sui juris. si autem vir vel pater
eorum votis non contradixerit, vota reddere tenentur.
si autem Deus ipse unicuique homini, qui sui juris est,
liberum reliquit vovere quidquid voluerit, quomodo
princeps id prohibere poterit?

Ex his autem argumentari non licet, quod sint
filij et uxores sine patris et mariti consensu vovere
non possint, etiam omnes homines sine consensu prin-
cipis vovere non possint; nam magna est distinctio
inter patriam potestatem et potestatem principis,
quia lex natura filios parentibus, et lex divina

uxores maritis subjicit, nulla autem homines liberos
principi. principi non traditur servitus subjectorum
olim ajebat Maximilianus Elector Bavariæ ad filium,
sed tutela. ipse velut populorum tutor aeqvaler
propter ipsos magis est, quam populi propter ipsum.
unde Syrach Eccli. 32. 1. ait: "Rectorem te posuerunt?
"noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis."
imò si princeps vota aut ordines subsistendos pro-
hibere posset, an non esset Dominus humanarum
voluntatum? si autem hoc ubi esset libertas
et liberum arbitrium? item Deus est, qui unum-
quemqs hominem ad certum statum vocat, aut ad
quoddam bonum quos invitat, poteritne princeps
huic vocationi et invitationi resistere? aut tene-
tur Deus primùm licentiam ad hanc vocationem
à principe petere?

Denique quis credat, Ecclesiam vota solemnia posse
solvere, quorum professionis ipsa est testis et credat,
eà Deo non tantum accepta sed etiam auspicata
fuisse? an non sic per Ecclesiam perverteretur, quod
à Deo approbatum fuit? an non sic ipse Deus or-
dinationi Ecclesiæ subjectus esset?

alias tamen dicendum de votis simplicibus, quæ N: 104.
ordinariè tantum ex inconsiderato servare, aut
cum conditione emittuntur, et à potiori non nisi
cum damno vel proprio vel tertij servari possunt, quod
si emittentes prævidissent, fare non voluissent, hinc
quia tales votantes certi non sunt de auspicatione
Dei, neqs vota ipsa ab Ecclesia confirmata sunt,
hinc de eis judicare vel permutare possunt, quia

vota debent esse libera, spontanea et bene ponderata
alias deo non sunt accepta, presertim cum per ea
aliquod damnum vel voventi vel proximo infertur.

N. 105. Idem dicendum de obligationibus ordini alicui
propriis, quia si ordo tollitur, ea per se cessant,
quia observari non amplius possunt.

Quod de detrimento publico salutis addunt, est
vana imaginatio, quia neqs per vota, neqs per sus-
ceptionem ordinum publica salus quin aliqueo
damnum patiatur, eius utilitas promoveatur.

N. 106. Ad quod convertendo argumentum: quia ex
dictis Princeps nullum jus habet in personas Eccles-
asticas, etiam nullum jus habet in bona spiritualia
neqs pro libitu illa applicare potest, quia sunt
ancsporum quid. plura huc dicere superfluum, quia
hoc materia inferius iterum redibit, et melius
perscrutabitur.

N. 107. Ad jam ~~[illegible]~~ quod Princeps teneatur subditis suis concedere tole-
rantiam civilem cuiuscunqs Religionis civiliter in-
nocuae, etiamsi hoc falsa sit, quia tantum habet jus
circa sacra, cuius finis est felicitas externa civium,
cui cum Religio quicunqs civiliter innocua non
adversatur, neqs potestas eam subditis prohibendi inde
oriri censenda est. Cuius hoc sit vox an Esau,
an Jacob, solo huc disquirere, quia se ipsam prodit,
hoc certum est, non esse vocem hominis christiani
sed mundani, qui semper pro bonis temporalibus so-
licitus est, Religionem autem aut parum aut nihil

curat. primò tantum de damno civili loquamur.
inter omnia bona civilia primum locum obtinet
pax et tranquilitas publica. quem talem autem
quo bella et rebelliones olim Hugonoto in
gallia, et Husita in Bohemia, ~~excitârunt~~
Lutherani in Imperio Romano excitârint? ~~addunt~~
~~Bona aeternorum quae circumdedit de facta procedendum~~
an non eadem rebelliones iterum de novo fim-
endæ sint, præsertim si à Principibus majoribus
gratis et privilegiis providentur quam catholicis?
Religio semper unicus et primarius legis offensi-
onis inter diversas sectas fuit, quilibet enim
suam Religionem mordaciter tuetur, super alias
extollit, et omnes actiones juxta illam instituit.
unde necessariò oriri debent contentiones, de-
spectus, vitia per quas pax publica turbatur.
primò quidem se legibus civilibus se submittunt
quam primum verò fortiores extiterint, Principibus
ipsi leges proferibunt. eventus veritatem docebit.
Dein utilitas communis, quò ex hac tolerantia
levatur tam magna non est, ut inde civitas per-
turbetur, quia in regnis purè catholicis iidem arti-
fices invenientur, et eadem artificia exercentur,
ut in ditionibus Haereticorum, consequenter intentio
primaria huius tolerantiæ esse videtur, Religionem
supprimendi, ut Regis exaceletur.

Secundo an non periculum maximum catholicis
imminet perversionis? addunt quidem in puncto ijno: N. 108.
dumodo satis providetur, ne in profanam per-
versionis periculum subditi orthodoxi incidant.

120. Sed quis hic satis providere poterit, præsertim hisce
temporibus, ubi quod plurimos Religio alias quotidie
refrigescit, omnia vitia abundant, et jugo Christi
se fere nemo submittere cupit? aut S. Paulus 1. Cor.
4 frustra 5. 10. Corinthios prohibuit fornicariis huius mundi,
aut avaris, aut rapaciibus, aut idolis servientibus
commisceri, nec cum eiusmodi cibum sumere? non
fuebat enim, quod occasio fiorem faciat. jam per
toleranciam catholici cum hæreticis vivere, conti,
et negotiare tenentur, quis credet ergo, quod nullum
adsit periculum perversionis? fere longe aliter
docuit S. Paulus Tit. 3. 10. ubi ait: „ hæreticum ho-
„minem post unam et secundam correptionem de-
„vita, scies, quia subversus est, qui eiusmodi est,
„ cum sit proprio judicio condemnatus. „ et
S. Joannes 2. Ep. 9. „ omnis qui recedit, et non per-
„ manet in doctrina Christi, Deum non habet. si
„ quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert,
„ nolite recipere ~~eum~~ eum in domum, nec ave
„ ei dixeritis, qui enim dicit illi ave, communicat
„ operibus eius malignis. „ nam simplicium corda
pervertere est unicus labor hæreticorum, „ quorum
„ sermo, ait S. Paulus 2. Tim. 2. 17. „ ut cancer serpit „
qui putredine quadam inquit, sed semper ulterius
vorat, usqadum nullo remedio amplius subveniri
potest. sed
Reponunt: huic perversioni cautum esse per legem
N. 109. qua omnis disputatio cum hæreticis prohibetur.
sed estne hoc prohibitio justa? Christus præcipit
Matth. 28. 19. apostolis, et per apostolos omnibus præ-

dicatoribus: „euntes docete omnes gentes – docentes
„eos servare omnia quecunq; mandavi vobis.“ si
ergo docere et convertere sine disputatione pre-
sertim cum hereticis fieri non potest, an ergo Prin-
ceps contra preceptum christi, qui omnes vult salvos
fieri, disputationem prohibere potest? an non
ipse est causa illorum damnationis, dum per
tolerantiam et hanc prohibitionem illos in suo
errore confirmat, et roborat? at

Reponunt iterum: quomodo potest illorum dam- N. 110.
natio Principi imputari, cum hac tolerantia jam
pridem per pacem Religiosam et westphalicam
tanquam Lex Imperij statuta fuerit? sed
Quem latet, hanc tolerantiam tantum vi intro-
ductam, et catholicos utpote inferiores coactos
fuisse ad subscribendum, ne omnia perdant?
tenentur quidem vi huius pacis hereticos tolerare,
quia aliter non possunt, at Principi catholico, in
cuius ditione hac lex nunquam acceptata fuit,
propterea non licet, hereticos pro suo subditos
de novo introducere, tum ob textus S. Scripturæ
et rationes modo adductas, tum etiam, quia Ecclesia
hoc factum semper detestata est, ~~fuit~~ haereses anathe-
matizando, et presertim Concilium oecumenicum
Lateranense ao 1215 sub Innocentio III. Rabitum
cap. 3. sic statuit: „moneantur autem et inducantur
„et si necesse fuerit per censuram Ecclesiasticam
„compellantur seculares potestates cuiuscunq;
„officij, etiam sint reputari cupiunt, et haberi fideles,

„ ita pro defensione fidei prestent publice jura-
„ mentum, quod de terris sue jurisdictionis subjectos
„ universos hereticos ab Ecclesia denotatos bona
„ fide pro viribus exterminare studeant, ita
„ quod amodo quandocunque quis fuerit in potestatem
„ sive spiritualem sive temporalem assumptus, hoc
„ tenebitur capitulum firmare.
„ Si vero Dominus temporalis requisitus et monitus
„ ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab
„ hac heretica foeditate, per metropolitanum
„ et comprovinciales Episcopos excomunicationis
„ vinculo innodetur. et si facere contempserit
„ infra annum, significetur hoc Summo Pontifici
„ ut ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate
„ denunciet absolutos, et terram exponat catho-
„ licis occupandam, qui eam exterminatis her-
„ eticis sine ulla contradictione possideant, et
„ in fidei puritate conservent, salvo jure do-
„ mini principalis, dumodo super hoc ipse nullum
„ praestet obstaculum nec aliquod impedimentum
„ ponat, eadem nihilominus lege servata circa
„ eos qui non habent dominos principales.„

Et hoc quidem justè ita decreta sunt: nam nemo Ec-
clesia potestatem inficiabitur hereticos damnandi,
et ab Ecclesia arcendi, expedit ergo principi christiano
tales excomunicatos in suam tutelam et societatem
civilem assumere, cum Scriptura ipsa omnem comuni-
cationem cum eiusmodi prohibeat. Si hoc eos non
terrent, terreat eos saltem

N. iii.

Tertio ignominia Christo et Ecclesiæ eius per hoc in-
flicta. Christus ait Luc. ii. 23. „qui non est mecum contra
„me est, et qui non colligit, dispergit“, jam certum est
hæreticos omnes non esse cum Christo, quia doctrinam
eius perverterunt, et avertunt. ergo sunt contra Christum
et eius inimici. jam inimicos Christi fovere et in tutelam
sumere, an non est hoc maxima ignominia Christo
illata? item tanquam Christiani tenentur fidem
veram dilatare, et cum Christo oves errantes in ovile
~~cum Christo~~ colligere, an non sic dispergunt gregem
Christi, et ovile Christi replent? qualis hæc est injuria
Ecclesiæ Christi inflicta? sed

aiunt nostri Libertini puncto 12.to Princeps qua Princeps
tenetur quidem religionem veram tueri, non quatenus
vera est, sed quatenus est utilis civitati. si igitur
tolerantia religionis falsæ civitati pariter est utilis
vel saltem innoxia, non est, cur Princeps hanc
subditis suis prohibere teneatur.

N. 112.

at anne possibile, ut homo ratione præditus, et
doctus et christianus ita insanire possit? audi Li-
bertine et Responde: cur te Deus creavit? ut fruaris
bonis huius mundi sicut et bestiæ agri? non in hunc
finem Deus te non creavit, sed ut ei, et ei soli servias
quia ipse dominus tuus, tanquam servus illius, ut pro hoc
servitio te æterna beatitudine remunerare possit.
jam per quid ei dignè servire potes? ecce medium
unicum est Religio. ergo Religio primum est, quod
amplecti debes. et quia Religiones diversæ sunt, et una

tantum est vera, ergo hanc inquirere debet, si
Deum rite colere cupit. Si ergo Deo tantum in
Religione vera servire teneris, ergo Princeps tantum
Religionem veram tueri tenetur, quatenus civitati
est utilis? Religio à Deo non est ~~instituta~~ instituta
praeter utilitatem civitatis, sed praeter cultum
Divinum. Si ergo Princeps vult dignè colendam
Religionem tueri debet praeter veritatem, et non
praeter utilitatem civitatis, licet et hoc ex Re-
ligione sequatur. unde sapientius concluditur,
quod Princeps catholicus teneatur falsam re-
ligionem etsi civitati utilem prohibere, quia
Deo displicet, et ipse per idam magis inhonoratur,
quam colitur.

Nec ipsi haeretici sibi de veritate suae Religionis
praeter pacem westphalicam blandiri possunt, quia
Religio non ab hominibus, sed à Deo, cuius est
auctor, approbari debet. cum igitur nullum signum
talis approbationis assignare possunt, manet merum
figmentum humanum. ~~unde~~

Sq. ad 13tiu falsissimum esse, Principes Religio-
N. 113. ~~ipsimos evasse tolerantiam falsae Religionis~~
~~deregando, nisi id fecerint vel publicae tran-~~
~~quillitatis causa, vel pacto publico obstricti~~
~~se nunquam velle falsam religionem in suum~~
~~Territorium admittere~~, quia causas gravissimas
semper habuerunt, partim tranquilitatem publicam,
partim periculum perversionis avertendi, potissimum
autem, quia haeretici sunt inimici Dei. ex plurib.

unum tantum huc adduco, Recaredum Regem Hispaniæ, qui, ut in vita S. Hermenegildi fratris ejus legitur, totam Visigothorum gentem ita ad veram fidem perduxit, ut nullum in suo regno militare permitteret, qui regni Dei hostis existere per hæreticam pravitatem non timeret.

Qualis ergo est hæc petulantia, Religiosissimos Principes erroris arguere, quod hæreticos in suas ditiones non suscipiant, cum hoc propter publicam utilitatem et honorem Dei facere teneantur?

Et ad id tandem ubi dicunt: Imperio Ecclesiastico competere quidem jus in cultum Divinum Dei externum, hoc est jus determinandi cultum Dei externum, sed propterea ei non competere jus in temporalia ad hunc cultum necessaria? an hi libertini non sibimetipsis contradicunt? si temporalia ad hunc cultum sunt necessaria, et si sine temporalibus iste cultus exerci non potest, an non etiam Ecclesia necessario debet habere jus in temporalia, si habet jus determinandi hunc cultum? jus determinandi includit in se necessario jus in temporalia ad hunc cultum necessaria, quia determinando cultum, simul etiam determinat temporalia, quia alias non posset determinare cultum, qui sine temporalibus subsistere non potest in spiritale. civitas quidam habet jus determinandi cultum, quo Princeps adveniens suscipiatur: ergo simul debet habere jus ea omnia determinandi quæ ad hunc cultum pertinent, alias ista determinatio esset inanis et sine effectu. ergo

N. 114.

etiam Ecclesia debet habere jus ad ea omnia
quæ ad jus determinandi pertinent. Sed
aiunt: magnam esse differentiam inter civitatem
et Ecclesiam: illa habet jus determinandi et exe-
quendi circa temporalia, Jesus Ecclesia. at
Quæro ego: cuius sunt omnia temporalia an
principis an Dei? nonne Dei? verum est, christus
misit apostolos suos in mundum sine baculo et
pera, nihilominus ∞ ordinavit iis, qui Evangelium
∞ annuntiant, de Evangelio vivere. ∞ de Evangelio
autem vivere est de temporalibus vivere, ut sancti
Paulus 1. c. ait: ∞ si nos vobis spiritualia seminavimus
∞ magnum est, si nos carnalia vestra metamus?
si autem apostoli jus habuerunt in temporalia
pro victu suo, an non multo magis hoc jus ha-
buerunt pro cultu divino? in veteri lege deus
tantum primitiva et optima animalia in sacri-
ficium sibi offerre præcepit, an hodie non amplius
hanc potestatem habet, aut principibus omnia
tradidit? christus, cum cum triumpho Jerusalem
ingredi vellet, non quærendo aut petendo, sed præcipiendo
præcepit apostolis Math. 21. 2. dicens: ∞ ite in castel-
∞ lum quod contra vos est, et statim invenietis
∞ asinam alligatam, et pullum cum ea: solvite
∞ et adducite mihi. ∞ et Leproso, quem Math. 8. 4.
curavit, mandavit: ∞ vade, ostende te sacerdoti, et
∞ offer munus, quod præcipit Moyses in testimonium
∞ illis. ∞ hoc munus autem consistebat Levit. 14. 10.
in duobus agnis immaculatis, ove annicula absqe

00 1. Cor. 9. 14.

macula et tribus decimis similo utique temporalibus ad cultum Dei spectantibus, quia sacrificium erant, qui autem hoc sacrificium determinandi jus habuit, an non etiam habuit jus in temporalia? si ergo christus Ecclesiæ suæ potestatem ac jus determinandi cultum divinum externum tribuit, tribuit et ei jus in temporalia ad dictum cultum necessaria, quia ipse dixit Joan. 20. 21. „sicut misit me „pater, et ego mitto vos. „id est cum eadem potestate. nil stolidius ergo, quam omnia temporalia soli dispositioni principum adscribere. Deus est creator et conservator omnium rerum, adeoque ipse solus Dominus: an ergo non est in potestate ejus uni cuique dare, quod ipsi libuerit? si ergo Ecclesia determinando cultum divinum etiam determinat temporalia ad illum necessaria, „nihil fecit de rebus principis, sed de rebus Dei, quod princeps prohibere non potest.

R. ad 15tum ubi ajunt: cum Jesu christo igitur, cum apostolis, cum SS. patribus universis loquimur, dum dicimus, nec Romano Pontifici, nec Episcopis seu seorsim sumptis, seu simul acceptis jure Divino competere ullam potestatem temporalem vel directam vel indirectam: quare tantum abest ut concilia generalia vel Romani Pontifices Regem quemquam directe aut indirecte exauctorandi jus habeant ut ne quidem alias quascunque pœnas temporales delinquentibus infligere jure proprio possint.

N. 115.

pp 1. Tim. 1. 7.

N. 116

: pucta et magna hic aperuit libertini nostri; sed utinam etiam cum veritate! sed quia hanc nesciunt, "conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis "doctores, non intelligentes neqs quæ loquuntur, neqs de quibus affirmant." et quia ab hac propositione fere totum illorum systema dependet, operæ pretium est, ut omnia ad quicem usqs evisceremus.

Duo sunt tantum imperia in mundo, videlicet temporale et spirituale, utrumqs à Deo institutum. temporale jam initium sumpsit in adam post creationem mundi: "crescite et multiplicamini! dixitat Deus gen. 1. 28." et replete terram, et subjicite eam, "et dominamini piscibus maris et volatilibus cæli, "et universis animantibus, quæ moventur super terram," quod imperium Christus in lege nova non sustulit, sed confirmavit, unde S. Petrus 1. Ep. 2. 13. ait: "subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter "Deum, sive Regi quasi præcellenti, sive ducibus "ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem "verò bonorum, quia hic est voluntas Dei."

Spirituale incepit, dum Deus vetus testamentum cum populo Israel condidit, et sacerdotium instituit, quod Christus in lege nova renovavit, dum Petro Matth. 16. 19. claves regni cælorum tradidit, dicens: "quæcumqs ligaveris super terram, erit ligatum "et in cælis, et quæcumqs solveris super terram, erit "solutum et in cælis."

Ex utrius qs institutione videmus, unumquodqs N. 117.
imperium habere proprium finem, temporale tem-
poralia, et spirituale spiritualia, qui tamen fines
etsi inter se diversi videantur, praeter finem ul-
timum tamen, ad quem uterqs tendit, et tendere
debet, ita inviicem conjuncti sunt, ut unus alteri
adjumento esse debat.

Finis ultimus seu primarius utrius qs est regnum N. 118.
Dei: „ quaerite ergo primum regnum Dei, ait
christus Matth. 6. 33. „ et justitiam eius, et cetera
„ omnia adjicientur vobis. „ hunc finem per im-
perium temporale nemo assequi potest, quia istud
tantum respicit vitam civilem et politicam, et
huic fini magis obest quam prodest, atqs populo
christiano non sufficit vivere secundum virtutes
morales, philosophicas et politicas, sed oportet ut
vivat secundum virtutes theologicas, quae dirigunt
actus christianorum ad vitam beatam, quas non
novit ratio naturalis, nec potestas secularis super
eam fundata, sed sola revelatio, cuius mysteria
non principibus secularibus, sed solis prostatis
Luc. 8. 10. concredita sunt, adeoqs nec media ha-
bent ad finem istum assequendum, etsi non neganda
illos multum brachio seculari ad hoc conferre posse.

Nec hac diversitas finium obest, quod utrumqs N. 119
Imperium in una persona consistere non possit, adeo
ut spiritualem et temporalem potestatem simul
exercat. Moyses erat et sacerdos et dux. legimus
etiam in libris Machabaeorum de Juda Machabaeo

Jonatha, Simone et Joanne filio Simonis, quod
in omnibus tam spiritualibus quam temporalibus
populo Dei profuerint. imo in veteri lege Deut.
17. 8. praeceptum erat: „ Si difficile et ambiguum
„ quid te judicium esse perspexeris inter sanguinem
„ et sanguinem, causam et causam, lepram et
„ lepram, et judicum intra portas tuas videris verba
„ variari, surge et ascende ad locum, quem elegerit
„ Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Levitici ge-
„ neris, et ad judicem, qui fuerit illo tempore, quaresque
„ ab eis, qui judicabunt tibi judicij veritatem, et facies
„ quodcunque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit
„ Dominus et docuerint te juxta legem eius: sequeris que
„ sententiam eorum. nec declinabis ad dexteram neque
„ ad sinistram. qui autem superbierit nolens obedire
„ sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino
„ Deo tuo, et decreto judicis, morietur homo ille, et
„ auferes malum de Israel. „ ecce! quam manifeste
hic textus dicit, quod ad sacerdotem pertineat judicare
non solum inter lepram et lepram quantum ad ceremo-
nialia et irregularitatem legis, sed inter sanguinem et
sanguinem quantum ad criminalia, et inter causam
et causam, quantum ad civilia.

Non est ergo contra legem veterem, ut sacerdos sit
judex tam in spiritualibus quam temporalibus. Nec
etiam est contra legem naturae, quia Melchisedech
fuit Rex et sacerdos, aliique Patriarchae ut Noe, Abraham

qui simul terrena moderati sunt, et simul sacerdotio
juncti sunt.

an ergo hoc simultas obsit legi Evangelicae? non N. 120.
loquor hic de potestate temporali Prelatorum quam
in suos subditos tanquam domini territoriales exer-
cent, sed de potestate communi in res temporales, quam
ut sacerdotes exercent. si scripturam sacram novi
testamenti consulo, nullam invenio contradictionem.
certum enim est jro. christum tanquam equal Ecclesiae
utramq: potestatem habuisse, sic enim ipse ait Math. 28.
18. „ data est mihi omnis potestas in Coelo et in terra „
et S. Paulus ex psal. 8. Heb. 2. 8. ait: „ omnia subjecisti
„ sub pedibus eius. in eo autem, quod omnia ei subjecit,
„ nihil dimisit non subjectum ei. „ si ergo christus suos
apostolos cum eadem potestate, quam ipse habuit, misit
in mundum, quis eis hanc potestatem adimere poterit?
2do. Math. 18. 15. ita christus loquitur: „ si peccaverit
„ in te frater tuus, vade et corripe eum inter te, et
„ ipsum solum. si te audierit, lucratus eris fratrem
„ tuum. si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc
„ unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium
„ stet omne verbum. quodsi non audierit eos, dic Eccle-
„ si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus
„ et publicanus. „ jam certum est primo, quod christus
loquatur hic de peccato commisso, consequenter de re
temporali, quia omnia peccata v.g. furtum per facta ex-
terna et res temporales consumantur. certum est secundo

quod Ecclesiam hic judicem ultimatum constituerit
unde statim adjunxit: „ amen dico vobis, quecunqs
„ alligaveritis super terram, erunt ligata et in
„ coelo: et quecunqs solveritis super terram, erunt
„ soluta et in coelo. „ et quia hic dixit: quecunqs
nihil excepit. quis ergo mirabitur, quod S. Paulus
1. cor. 6. 3. „ nescitis, quoniam angelos judicabimus,
„ quanto magis secularia? „ quæ multò sunt in-
feriora? Item dum Titum admonet, populum
docere de sobrietate, de habitu, de obedientia
mulierum et filiorum et servorum, ut abnegent
impietatem et secularia desideria, quæ omnia
terrena sunt, tandem c. 2. 15. sic concludit: „ hæc
„ loquere et exhortare, et argue cum omni imperio
„ nemo te contemnat „ quid autem exhortari et
arguere cum omni imperio aliud significat, quam
hoc facere cum plena potestate et auctoritate?
Contra hæc

N. 120. ajunt nostri libertini, potestatem ligandi et solvendi
non esse potestatem physicam sed moralem, quia
ligatio et solutio peccati est quid morale. deinde nus-
quam legi, christum in vita judicem egisse circa tem-
poralia, imò Luc. 12. 14. dum quidam de turba petiit, ut
faciat, ut frater cum ipso dividat hæreditatem, respondit:
„ homo, quis me constituit judicem aut divisorem super vos?
si ergo christus nunquam judicem egit circa temporalia,
quis credet, talem potestatem apostolis dedisse, cum alias
illos à mundo attractos voluerit? item cum Joan. 6. 15.
eum voluerunt eum facere regem, fugit in montem

ipse solus. Item Joan. 18. 36. ipse dicit: „ regnum meum
„ non est de hoc mundo. „ si ergo regnum ipsius non est
de hoc mundo, quomodo potuit et voluit judicare secularia?
Denique etiam nullibi legimus tam Christum quam apos-
tolos peccatores poenis temporalibus punivisse. arguere,
admonere, et increpare potuerunt, punire non potuerunt.
Jmo quod attinet, nempe potestatem ligandi et solvendi
esse tantum potestatem moralem non physicam? dico, hoc N. 121.
verum esse, quia hoc potestas Jmo et alia sacra
nil aliud est, quam concessio à Christo Ecclesiae seo con-
credita, se autem extendit ad physica. omne peccatum
est dictum, factum vel conceptum, quo omnia sunt
actiones reales et physicae, quo in ipsa potestate in-
cluduntur, quia potestas sine exercitio est inutilis
et vana. dein Christus hic non loquitur de solo peccato,
sed ait: quecunque alligaveritis et solveritis &c. ad
2dum quoad textus sei respondeo ad Jmo. quod Christus hic
bene responderit, quia fortasis in voluntate fratris solum-
modo stetit, an hereditatem velit dividere vel non, et
sic illi nullam vim inferre voluerit. dein bene sup-
ponendum, hoc tamen effecisse, quia ad utrumque frat-
rem mox dixit: „ videte et cavete ab omni avaritia,
„ quia non in abundantia cuiusque vita eius est ex
„ his quae possidet. „ ad 2dum quid Christo quod fuit
ut à plebe eligeretur in Regem, quem magi jam in
sua nativitate Regem judaeorum Matth. 2. 2. salutaverunt,
et ipsi à patre seo omnis potestas in caelo et in terra
collata fuerit? ad 3tium iterum bene respondit,

„Hum
Regnum „non esse de hoc mundo, quia ipse non
erat Rex terrenus, qui sunt tantum eius vicarij in
hoc mundo, sed Rex coeli et terre, dominus qp domi-
nantium, creator et conservator omnium rerum.
venit quidem in hunc mundum Luc. 19. 12. „acciper
„sibi regnum „ quod regnum non erat regnum
terrenum, sed Ecclesia quam fundavit, et suo
sanguine acquisivit. neqs decebat ipsum, ut se
mundo tanquam Regem Regum ostendat, „ non
„ enim (1. Joan. 3. 17.) misit Deus filium suum in
„ mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur
„ mundus per ipsum. ut omnis, qui credit in eum,
„ non pereat, sed habeat vitam aeternam. „ et
quia mundum à peccato liberare voluit modo
contrario, quo illud commissum fuit, sic etiam medi-
cantia adhibere debuit, quibus peccatum deleret
et justitiam primariam hominibus conservaret.
peccatum commissum fuit superbia, voluptate carnis
et concupiscentia oculorum, et per hoc tota
natura humana in deterius commutata fuit.
ut ergo imaginem Dei in homine iterum restitueret
humilitate, patiore et morte ipsa ista vitia
vincere debuit tam in sua persona, quam ut etiam
alis exemplum praebeat, quomodo ~~eiusmodi~~ in se
ipsis dicta vitia vincere debeant. quod non effec-
isset, si ut Rex terrenus comparuisset. manet hic,
quod S. Paulus 1. cor. 2. 14. dixit: „ animalis homo non
„ percipit ea, quae sunt spiritus Dei, stultitia enim est
„ illi, et non potest intelligere, quia spiritualiter

„examinatur, fuit olim Judæi fuerunt et credi-
derunt, Messiam venturum, ut restitueret regnum
Israel, quod cum majestate et regia pompâ factum
fit, et ideo, quia in humilitate comparuit, illum
spreverunt, sic et hodie mundani homines, qui ter-
rena tantum sapiunt, ipsum ut crucifixum imitari
perhorrescunt, quia vita ipsius illorum vivendi modo
est omninò contraria.

Licet igitur christus non venerit, ut judicet mun- N. 122.
dum, sed ut salvetur mundus per ipsum, tamen
multa exempla habemus in Evangeliis, quod ter-
rena judicarit. Joan. 8. 3. legimus, quod scribæ
et pharisæi mulierem in adulterio deprehensam
ad eum adduxerint, ut sententiam ferret, quâ
pœna puniatur: ipse statim accusatores illius per
hæc verba: „qui sine peccato est vestrûm, primus in
„illam lapidem mittat„ confundens, mulierem
ab omni pœna absolvit. item cum Math. 22.
17. pharisæi eum interrogarent, an liceat census
dare cæsari an non? statim sententiam tulit:
„reddite ergo, quæ sunt cæsaris cæsari, et quæ sunt
„Dei deo.„ imò omnia verba ipsius erant senten-
tia: „erat enim docens sicut potestatem habens,
„et non sicut scribæ eorum et pharisæi.„ Math. 7. 29.

Quod addunt de pœnis, se ipsos fallunt nesci- N. 120.
entes scripturam. an non christus Luc. 19. 44. ci-
vitati Jerusalem suum interitum non tantum pra-
dixit, sed et inflexit, eò quod non cognoverit tempus
visitationis suæ? an non Joan. 2. 15. flagello

ex funiculis vendentes boves et oves de templo
ejecit? aut hanc potestatem non etiam suis
apostolis dedit? S. Paulus dicet contrarium, ait
enim 2. cor. 13. 10. "ideo hæc absens scribo, ut non
"prosens durius agam secundum potestatem, quam
"Dominus dedit mihi." sunt et antea 1. cor. 4. 21.
eos cum virga minitatus est dicens: quid vultis,
"in virga veniam ad vos, an in charitate et spiritu
"mansuetudinis? quid virga hic aliud denotat
quam poenam corporalem?

ut etiam ad actus ipsos veniamus: nonne petrus
act. 5. 1. ananiam et sapphiram propter fraudem de
pretio agri et mendacium subita morte punivit? an
non Paulus act. 13. 11. Elymam magum, qui ei re-
sistebat, cecitate percussit? an hæc non sunt poena
corporales? quin de aliis pluribus factis quid dicam,
quæ scriptura sacra adhuc refert, aut silentio voluit,
quia non omnia scripta sunt, quæ Jesus et apostoli fe-
cerunt? Nec
dicas hæc facta fuisse per miracula; nam hæc non fe-
cerunt per miracula sed per potestatem divinitus ei
concessam; miracula enim sunt facta particularia,
quæ in ipsa potestate fiendantur; nam sine potestate
nemo miracula patrare potest. aut putas, morbum
hanc et cecitatem aliam esse, quam quæ ab hominibus
infliguntur? erras. nam ananias et sapphira morbo
moriebant, et magus cecus, ac hi per carnificem occisi
et alter cecus factus fuisset.

aut hoc potestas tantum apud apostolos permansit, et non etiam ad illorum successores pertransiit? Sane si Historias Ecclesiasticas legimus, horum exempla plura invenimus. unicum notorium hic de S. Ambrosio addo, qui Imperatorem Theodosium ab ingressu Ecclesiae tandiu repulit, donec peccata sua publica poenitentia diluerit. Sed

q. et antiquos canones poenitentiales

ais: tales poenae hodie non amplius ~~[illegible]~~ infligi possunt, quia à Principibus prohibitae sunt. at quaro ego: an potestas Principum est major potestate dei? si ergo Deus suis ministris hanc potestatem dedit, an Princeps eam prohibere poterit? an hodierni Principes majorem potestatem à deo acceperunt, quam illorum antecessores habuerunt? unde hoc probatur? hoc tantum cum S. Paulo Rom. 13. 2. dico: „ qui resistit potestati divinae „ dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi „ damnationem acquirunt. „

~~[illegible]~~

130
N. 124

His igitur premissis inverto argumentum et dico: cum Jesu Christo igitur, cum apostolis, cum SS. Patribus universis loquimur, tam Romano Pontifici tam Episcopis simul et Georgio Fenyttis competere potestatem temporalem directam et indirectam, quia hoc potestas omni legi est conformis et omni tempore practicata fuit.

Imò plus dico: potestas spiritualis non potest subsistere sine potestate temporali, quod sic invincibiliter probo. qui debet alios ordinare ad finem, debet etiam posse ordinare media ad finem assequendum. atqui Prelati Ecclesiastici debent homines ordinare ad vitam beatam ceu finem assequendum, ergo etiam debent posse applicare media ad illum assequendum.

optime reponunt hic libertini et dicunt: atqui finis hic est spiritualis, et remedia debent esse finis proportionata: ergo et hoc sunt tantum spiritualia.

Sed quam inepte ratiocinentur, patet ex hac paritate. artis medicinæ ~~est~~ finis est sanitas, ad quam recuperandam aut conservandam medicus debet adhibere remedia: sed cui applicare debet sanitati aut infirmo? cave, ne primum dicas, nisi ~~qui~~ totius mundi te exponere velis. sicuti remedia infirmo applicanda sunt, illa debent esse proportionata infirmitati et non sanitati, quo primum ex ipse remediorum sequitur. ita à pari:

media ad vitam æternam assequendam non debent applicari fini, sed hominibus, ut per ea vitam æternam assequantur. jam media sunt ad hunc finem assequendum: „declina à malo et fac bonum„ psal. 36. 27. quod utrumqs perficitur per actiones humanas: ergo si prælati tenentur homines ordinare ad hunc finem, debent etiam dirigere actiones humanas, quia homo per actiones suas aut virtutem exercet, aut vitia committit. atqui tam virtutes quam vitia v.g. Eleemosyna et furtum sunt actiones personales, reales et temporales: ergo si prælati tenentur dirigere actiones humanas, debent etiamposse dirigere homines et res temporales. hæc autem directio non potest consistere, nec effectum suum sortiri per solam suasionem aut correptionem, quia homines experientia testante utpote à negotiis secularibus abstracti, et voluptatibus carnis magis quam saluti suæ dediti, istas parum aut nihil curant, ut patet in iis, qui Luc. 14. 16. ad cœnam magnam invitati fuerunt, et nemo comparere voluit, quid igitur restat? „exi in vias et sepes, ait dominus „servo, et compelle intrare, ut impleatur domus mea.„ si autem et compulsus perpetitur, prælati debent etiam habere potestatem in personas et res temporales ut vitia extirpent, et virtutes implantent.

certum est igitur, potestatem Ecclesiasticam sine potestate in personas et res temporales subsistere non posse quia actiones humanæ sunt partim spirituales, partim corporales, et ipse res temporales ad spiritualia or-

N. 125.

dinantur, ergo ad ipsam ordinationem pertinent.

Consequentia, quam ex hac propositione ducunt, quod nimirum nec Papa nec Episcopi simul possint exautorare Principem, non quadrat, quia aliud est habere potestatem in secularia, aliud exautorare Principem, quia tamen hoc quæstio jam diu in mundo multum clamoris causavit, non abs re est, illam quoque huc ad trutinam vocare.

Potestatem temporalem Principum à Deo ipso institutam esse, nemo inficiabitur, ait enim S. Paulus Rom. 13. 1. „non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo „ordinata sunt. itaque qui resistit potestati, ordinationi „Dei resistit.„ Hoc autem intelligi de officio, non de persona, quæ vario modo ad thronum pervenire potest, ut inferius videbimus.

Grande est hoc officium et honorabile, minus tamen quam istud, quod hæretici et nostri libertini ei tribuunt. Stryk. de secularizatione cap. 2. n. 24. triplex dominium statuit, Eminentissimum, quod Dei est in omnes res creatas. Eminens, quod Principibus tribuit, unde illud: divisum Imperium cum Jove habet Cæsar. et comune, quod Deus omnibus hominibus contulit. ne mireris, quod nihil de dominio Ecclesiastico dicat, hæreticus enim est, qui nullam jurisdictionem Ecclesiasticam agnoscit.

Ex hactenus dictis deinde jus majestaticum ex quo Principibus omne jus in personas, consequenter etiam in illarum res utpote accessorias personis adscribit, et probat ex textu 1. Reg. 8. 11. ubi Samuel

ait: „ hoc erit jus Regis, qui imperaturus est vobis:
„ filios vestros tollet et ponet in curribus suis — —
„ agros quoque vestros et vineas et oliveta optima
„ tollet — sed et segetes vestras et vinearum reditus
„ addecimabit ". sed hic autor satis clarè indicat
se non intellexisse Scripturam sacram. Samuel
hic non pronulgavit ex dei proecepto jus Regis,
sed predixit, quomodo Rex abusurus sit sua potestate,
unde statim adjunxit: „ et clamabitis in die illa
„ à facie Regis vestri, quem elegistis vobis, et non
„ exaudiet vos dominus in die illa, quia petistis
„ vobis Regem. „ miror, hunc autorem totum
carnalem Deo adhuc dominium ~~Eminent~~ Eminentissimum
concessisse, sed statim iterum retractat suam
benevolentiam dum ait: divisum imperium cum
habere cum deo dominium, et magistratum suma
et dei vicaria potestate supremam Numinis jus ex-
equi: sed unde probat hic autor, Deum divisisse
dominium suum cum Regibus huius mundi? men-
dacij illum arguit ipse Deus, dum psal. 49. 12. ait:
„ meus est orbis terra et plenitudo eius. „ et christus
ait Math. 12. 25. „ omne regnum divisum contra se
„ desolabitur „ quomodo ergo stabit regnum dei, si
cum Regibus divisum est? magistratus quidem
vicaria potestate jus dei quidem exequitur, sed non
ut dominus, sed ut minister dei, et hoc juxta legem
ei proescriptam. sic ipse Deus ait Deut. 17. 18. „ cum
„ Rex fuerit constitutus — et scribet in solio Regni
„ sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in
„ volumine „ accipiens exemplar à sacerdotibus Le-

„ vitia tribus, et habebit secum, legetque illud
„ omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere do-
„ minum Deum suum, et custodire verba et cæremonias
„ eius, quæ in lege præcepta sunt. nec elevetur
„ cor eius in superbiam super fratres suos, neque de-
„ clinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo
„ tempore regnet ipse, et filij eius super Israel.„

Rex ergo non Dominus est personarum, non ei tradita
¶ sed minister Dei: est servitus subjectorum, sed tutela, de qua strictissi-
mam rationem Domino reddere debet. sic enim sa-
pientissimus Regum ait sap. 6. 2. „ audite ergo reges
„ et intelligite, discite judices finium terræ. probe-
„ aures vos, qui continetis multitudines, et placatis
„ vobis in turbis nationum. quoniam data est à do-
„ mino potestas vobis, et virtus ab altissimo, qui in-
„ terrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur,
„ quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte
„ judicastis, nec custodistis legem justitiæ, neque secun-
„ dum voluntatem Dei ambulastis. horrende et citò
„ apparebit vobis, quoniam judicium durissimum his,
„ qui præsunt, fiet. „ sic etiam loquitur David psal.
77. in fine: „ elegit David servum suum, et sustulit illum
„ de gregibus ovium, de post fetantes accepit eum,
„ vt pasceret Jacob servum suum, et Israel hæredita-
„ tem suam, et pavit eos in innocentia cordis sui,
„ et in intellectibus manuum suarum deduxit eos. „
si ergo Rex tantum minister Dei est, cui incumbit
pascere gregem Dei, et de suo regimine strictissimam

rationem reddere debet, ipsius potestas est tantum,
potestas delegata, ubi est ergo jus majestaticum? N. 126.
majestas residet solum penes Deum, et non quidem ministrum
nisi quatenus imperium Dei ab hoc exercetur. et quia
hoc exercitium non in arbitrio Regum stat, sed juxta
legem Dei et justitiam fieri debet, sequitur necessario,
ipsos tantum executores non dominos personarum esse.
hic quoque S. Paulus ait Rom. 13. 4. „ Princeps Dei mi-
„ nister est tibi in bonum. si autem malum feceris, time.
„ non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister
„ est, vindex in iram ei, qui malum agit. „

Si ergo Rex tantum potestatem delegatam et certis N. 127.
legibus restrictam quomodo poterit habere jus maje-
statticum in res et bona hominum sibi subjectorum? q in personas habet,
Rerum proprietates et dominia jure naturæ, et gentium
instituta, et à deo postmodum confirmata sunt, adeo
ut sine lesione horum jurium nemo invitus suo pri-
vari possit. sane si Reges jus haberent in res suorum
subditorum omnis justitia, venditio, emptio, hæreditas
et omnis contractus et juramentum cessaret, et nemo
dicere posset, se aliquid jure, justè et propriè possidere;
et unde Reges hoc jus pretendere possunt? omnis terra
et plenitudo eius Dei est, qui hoc omnia omnibus ho-
minibus, prout voluit ad conservationem suam Regi
fiunt et cœlestis tradidit. si ergo Rex non est dominus
terræ, qui poterit habere jus in bona terræ? sed
ajunt: quia homines Regi subditi sunt, ergo etiam
bona illorum tanquam accessoria illi subjacuntur.
ad dico ego: homines illi subditi sunt, idest, tenentur
ei obedire et eum honorare, quia minister Dei est,

sequitur exinde quod etiam jus in bona habeat? quivis servus et ancilla Domini suis subjecti sunt, an ergo praeterea Dominus habet etiam jus in illorum bona propria? hoc tantum verum est, si subditi bona sua ex praeditis Domini acquirent, secus si aliunde acquisiverunt. Non desunt blanditores, qui hoc Dominis Terrenis ex hac ipsa ratione imaginaria persuadent, sed Deus longe aliter loquitur Ezech. 46. 18. ubi ait: „non accipiet Princeps de hereditate „populi per violentiam, et de possessione eorum, „sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis, „ut non dispergatur populus meus unusquisque à „possessione sua.„ exemplum habemus in Rege achab 3. Reg. 21. qui vi justo Nabath vineam suam abstulit, cui Elias ex praecepto Domini statim dixit: „in loco hoc „in quo linxerunt canes sanguinem Nabath, lambent „quoque sanguinem tuum.„

N. 128. Habent quidem Principes jus circa bona suorum subditorum, ut ea conservent, et tueantur, atque ita ea justitiae administrent, aut in bonum commune convertant, ac etiam suam sustentationem ex iis petant, „ideo enim (: ait S. Paulus Rom. 13. 6. :) et tributa praestatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum „servientes. reddite ergo omnibus debita, cui tributum „tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, „cui honorem honorem, nemini quidquam debeatis.„ in bona autem ipsa Rex nullum jus habet, quia non sunt Regis sed alterius propria.

Quod autem et quoties Rex tributa populo imponere possit, Scriptura non refert, nec mecum est hanc materiam

hic dicendum. Hoc certum est, quod impositio tributorum semper propter bonum commune et secundum justitiam fieri debeat, quoniam justitia firmatur solium et misericordia et veritas custodiant regem, et roboratur clementia thronus eius. nec se tam facile à suis ministris seducere permittat. Roboam deserto senum consilio sequens consilium juvenum aggravavit jugum patris sui, et sic perdidit decem tribus de regno suo. 3. Reg. 12. longe aliam doctrinam pius Rex Josaphat 2. paralip. 19. 5. suis ministris dedit: videte ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed Domini, et quodcunque judicaveritis, in vos redundabit. sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. quo verba unicuique ministro admonitionis sint.

99 prov. 16. 12
RR prov. 20. 28.

Est igitur Imperium temporale nil aliud quam potestas à Deo Principibus collata populum in rebus temporalibus juxta justitiam et leges divinas regendi. N. 129

Nunc quæstio unica superest decidenda, an Imperium temporale Imperio Ecclesiastico subjectum sit, cum illud sit tantum potestas delegata, et juxta leges divinas exercari debeat? N. 130.

Libertini nostri contrarium tenent, et dicunt: quod civitas in ordine ad persequendum finem sibi proprium sit soluta ab Imperio Ecclesiastico prorsus libera, et quod Princeps in negotiis temporalibus, quatenus temporalia sunt, soli Imperio humano subsit.

Hoc vera essent, si homo proprie propter bona temporalia creatus fuisset, et non finem excellentiorem inquirere deberet, at quia ad vitam aeternam creatus est, et ad illam assequendam omnes actiones suas eo dirigere debet, ut ait apostolus 1. Cor. 10. 31. „sive ergo „manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite." 55 quia nemo sibi vivit „et nemo sibi moritur, sive enim vivimus, domino „vivimus, sive morimur, domino morimur" et ideo soli servire debemus, sic civitas nullum proprium finem habet, nisi velendere velint, omnes cives meras regis esse, quo solumodo propter bona temporalia creata sunt. si ergo omnes actiones temporales ad finem spiritualem dirigi debent, et Ecclesia est, has actiones ad dictum finem dirigere, quomodo ergo civitas non erit subjecta Imperio Ecclesiastico?

55 Rom. 14. 7.

Faleor, unumquodque Imperium habere specialem finem, temporale felicitatem temporalem, spirituale felicitatem aeternam. sed quia iusta praeceptum christi: „quaerite primum regni Dei et iustitiam eius, et hoc omnia adjicientur vobis" felicitas temporalis per spiritualem comparatur, ut David psal. 36. 25. ab experientia testatur, dicens: „iunior fui, etenim „senui, et non vidi iustum derelictum, nec semen „eius quaerens panem, quia in benedictione erit" hinc felicitas temporalis spirituali merito subordinatur, et subordinari debet, quare et ipse princeps suis legibus civilibus populum sibi subjectum ita regere debet, ut ipse finem suum primarium assequatur. ex quo sequitur, Ecclesiae potius jus cavendi competere

re contra Imperium spirituale et felicitatem aeternam
princeps aliquid statuat, quam principi, ne Ecclesia
in damnum felicitatis temporalis aliquid ordinet,
cum majus damnum relato minore sit semper potius
avertendum.

Igitur civitas ab imperio Ecclesiastico fere nunquam
potest esse libera, quia omnes actiones suas ad superi-
orem finem dirigere debet, qui finis imperio Eccesi-
astico subest, quia civitas tam legem, quam et remedia
ad finem hunc assequendum accipere debet. Totus
error consistit in hoc, quod nemo fere cogitet, quod
non sit creatus ut mundo, sed soli Deo serviat, ut
salutem suam consequatur. et quia mundus cum
suis voluptatibus magis arridet quam doctrina christi,
et tamen christiani esse volunt, ideo duo imperia
statuunt, ut sub pretextu obedientiae utrique debito
potius mundo quam deo servire valeant, quod tamen
christus ipse impossibile effatus est dicens: nemo potest
Deo servire et mamonae. hoc duo imperia inter se
quidem distincta sunt quoad res et actiones, sed quia
utrumque juxta legem Evangeliam ad unum finem
dirigi debet, utrumque in fine convenit. qui finis cum
sit finis religionis christianae, et hanc christus ipse
sub Ecclesia regendam tradidit, sequitur necessario quod
utrumque potestati Ecclesiastica subsit. unde adid quod
addunt, quod princeps in negotiis secularibus nulli
imperio humano subsit, dico hoc verum esse, quatenus
temporalia sunt, sed non quatenus ad finem spiritualem

diriguntur. et quare hoc paradoxum videatur? Princeps qua Princeps nulli imperio humano subest, subest tamen imperio Ecclesiastico quà Christianus, cui se ipsum accipiendo fidem et Religionem subjecit, cuius regimen non ad ipsum sed ad Ecclesiam spectat.

N. 131. His itaque premissis facile est responsio ad istam quæstionem, an Summus Pontifex vel Episcopi Regem quempiam exauctorare possint nec non; nam cum quivis Rex ut Christianus potestati Ecclesiæ subjectus sit, quare Superior inferiorem certis ex rationibus exauctorare non potest? demonstratio sequitur.

Omnis Rex ad thronum elevatur vel per hereditariam successionem, vel per electionem divinam vel humanam: sed in neutro casu Rex est inauctorabilis, quod sic probo:

Salomon successit patri suo David in regno sive hereditario, quod et ipse Deus confirmavit, at ut thronus eius sit solidus, ait David 3. Reg. 2. 4. ad eum: "ut confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me dicens: si custodierint filij tui vias suas, et ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo, et in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel." ergo soliditas throni promittitur tantum sub conditione "si custodierit ceremonias eius, et præcepta eius, et judicia et testimonia." et hæc ex parte Dei. dein non est regnum aut provincia, quæ non habeat sua specialia, privilegia, sua jura, et consuetudines bonas, quas populus a Rege observari vult, et sub hac conditione eum ut suum Regem agnoscit, et quarum conservationem Rex esse

aut homagio promittit, aut jure illas conservare
teneatur, cum omnis hæreditas cum onere in successorem
transeat. si igitur Rex has conditiones et fidem datam
frangit, an non poterit fides frangi eidem? sane sic
fecit Deus et populus Israel. " dixit Dominus Salomoni
3. Reg. 11. 11. " quia non custodisti pactum meum, et
" præcepta mea, quæ mandavi tibi, disrumpens scindam
" regnum tuum, et dabo illud servo tuo. " et decem
tribus 3. Reg. 12. 16. à filio suo Roboam defecerunt,
et Jeroboam sibi Regem constituerunt.

A fortiori hæc dicenda sunt de Regnis electivis
sive divinis sive humanis, ubi eadem conditiones
adsunt, et scimus ex S. Scriptura Deum propter in-
obedientiam aliaqe scelera Saulem electum et alios
huius generis Reges per prophetas suos abjecisse et
regno privasse, et qui paululum in historiis versatus
est, videbit, populum Reges et imperatores è throno
dejecisse, aliosqe Reges sibi elegisse. " Regnum à gente
" in gentem transfertur ": ait Syrach Eccli. 10. 8. propter in-
" justitias et injurias et contumelias et diversos dolos.
" -- sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere
" fecit mites pro eis. " et Eccles. 4. 14. " de carcere, catenisqe
" interdum quis egreditur ad regnum, et alius qui natus
" in regno in egenia consenitur. "

ajunt: olim quidem sic fuisse, sed hodie tale procedere
non amplius locum habere, quia agitur de jure om-
nium Regum, qui non patienter unum solum solio
privari. at quæro ego: an non et hodie vivit anti-
quus Deus? aut hodierni Reges ipsum internum fecerunt?

nil minus: vivit adhuc antiquus Deus, de cujus nutu dependet omnis Rex, sicut etiam nil novi est quod populus Reges, Tyrannos de solio dejecerit.

N. 132. Hæc certa sunt, sed quæstio adhuc non est decisa, an Papa vel Episcopi possint Regem solio privare. pro quo sic dico: nonne omnes Reges christiani coronam et unctionem ab Ecclesia accipiunt? sed hæc non est de iis, qui foris et extra Ecclesiam sunt, illos enim Deus judicabit 1. Cor. 5. 12. sed jam corona Regia est signum benedictionis divinæ et gloriæ Principis Eccli 47. 7. unctio autem est signum potestatis ei à Deo concessæ Deffe Zeiphera 1. Reg. 10. 1. „ tulit „ autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput „ Saul, et deosculatus est eum, et ait: ecce unxit „ te Dominus super hæreditatem suam in Principem, „ et liberabis populum suum de manibus inimicorum „ eius, qui in circuitu eius sunt. et hoc tibi signum, „ quia unxit te Deus in Principem. „ Si ergo Reges christiani benedictionem divinam, et gloriam et potestatem Regiam à Deo confirmatam accipiunt ab Ecclesia, quare ab eadem Ecclesia hæc dona, si ipsos indignos et sceleratos invenerit, „ non „ iterum auferri poterunt? Deus per eundem Samuelem Saulem deposuit, per quem eum in Regem unxit, an ergo similem potestatem Ecclesia non habeat, cui tamen christus multo majorem potestatem concessit quam olim prophetis, nempe quidquid ligandi et solvendi, quod voluerit?

Dein non legimus quemdam Pontificum aut Episcoporum Regem aliquem de solio deposuisse, quod esset

uetra vires suas, bene tamen illos soli indignos declarare, et populum ipsi subjectum à fide data absolvere, et hoc non sit in potestate eorum? tot crimina, quod tales Reges perpetrârunt, sunt certa signa inimicitiæ Dei, et quod à Deo ipsi abjecti fuerint, quod obest ergo, quod Pontifex illos non possit throni indignos declarare? Pontifex potest illos excommunicare, et ab Ecclesia ejicere, quæ major pœna est, quam throno indignum declarare, si ergo potest quod majus est, cur non et minus? potestas, quam Reges exercent, potestas Dei est, si ergo hæc potestate abutuntur in summum despectum Dei et Ecclesiæ eius, si ergo Deum ipsi hodie tragi fiunt, an Ecclesia non teneatur illos ut à Deo abjectos declarare? non quis est hic speciali revelatione, quia Christus in sua Ecclesia non amplius loquitur per prophetas, sed per apostolos suos: "qui vos audit": ait Luc. 10. 16.) "me audit" et qui Ecclesiam non audierit, sit tibi "sicut Ethnicus et publicanus" Math. 18. 17.

Quod absolutionem à fide data attinet, minor est hic difficultas, quia fide à Rege frata, fides ex parte populi per se cessat, quia correlativum abest, quia autem non unicuique in populo hic judicare licet, et fides data juramentum sit, cuius inspectio et judicium ex pole rei spiritualis, an valeat, vel non valeat, ad sacerdotes pertinet, ideo, ut unusquisque in conscientia salvus sit, publica auctoritate hæc declaratio fieri debet.

Sed

N. 133. opponunt: Potestas Regia Regi non conferitur per coronationem, quæ mera est ceremonia, sed per electionem, aut hæreditariam successionem, quia multi Principes inferiores hanc potestatem exercent, quin coronâ decorati sint.

Rs. per Electionem acquirit electus quidem jus ad Thronum, sed per coronationem, per traditionem sceptri et gladij immittitur actualiter in possessionem et per unctionem Deus ipse eum in Principem confirmat, et specialibus donis corroborat, ut facit textus 1. Regum 10. 9. de Saule ait: v. itaqs cum avertisset v. humerum suum, ut abiret à Samuele, immutavit v. ei Deus cor aliud, et venerunt omnia signa hæc v. in die illa, quæ Samuel ei prædixerat. Coronatio itaqs non est mera ceremonia, sed actualis immissio in potestatem regiam, à Deo ipso instituta. 3. Reg. 19.

Longè aliter inferiores Principes hanc potestatem exercent, quam non immediatè à Deo, sed ex concessione Principum suorum acceperunt, adeoqeorum nomine exercent, ut patet in Imperio Romano, ubi fere omnes Principatus sunt feuda Imperij, et Imperatorem ut suum Dominum agnoscere debent, sive Principatus sint hæreditarij sive electivi, quia utraqs potestas à suo Principe venit. Sed

N. 134. Dubis. Si Regia potestas à Deo est, et per unctionem à Deo confirmatur, quis potestatem hanc in Regibus acatholicis, qui hac unctionem non habent, confirmat?

Rs. Quia officium Regale à Deo institutum est, et

ab homine exerceri debet, potestas manet quidem quod
quemcunqs possidentem, hic autem dicere non potest,
se esse à deo confirmatum, nec alia dona percipit,
quo alios Deus per hanc unctionem christianis Regibus
largitur. et hoc dicta sufficiant.

Ut autem uno intuitu hucusqs dicta de potestate N. 135
spirituali et temporali clarius perspiciantur, nunc
paucis dabimus, quo sunt cesaris cesari, et quo sunt
Dei Deo.

utraqs potestas spiritualis et temporalis à Deo in-
stituta est, sed una est major altera. quo propin-
quior quis Regi est, eo nobilius habetur eius officium:
et quo nobilior est finis, propter quem quis agit,
eo majores æstimantur eius actiones. jam absqs dubio
potestas spiritualis temporali est nobilior et major.
quia circa ipsum Deum et in persona christi exercetur
et hoc propter maximum bonum nempe vitam æternam
ubi econtra temporalis non nisi circa res terrenas et
transitorias, et propter bonum temporale versatur.
ergo potestas spiritualis multo nobilior est temporali.

Sed est etiam major. potestas temporalis se extendit
tantum ad hoc vel illud regnum vel provinciam,
econtra spiritualis ad totum orbem et quidem æquali-
jure: „ euntes in mundum universum prædicate
„ Evangelium omni creaturæ. Marc. 16. 15. imò se extendit
ad ipsos Reges seculares christianos, quia in ovili
christi oves sunt fideles credentes, et non pastores, et 9 sicut
in temporalia ipsa, quia per temporalia finem nostrum
id est vitam æternam promereri debemus, si ergo ad
hunc finem dirigi debent, et hoc directio ad potestatem
spiritualem pertinet, et ipsa temporalia ei subjecta sunt.

ut ergo uno verbo omnia dicam: homines ut cives subsunt potestati temporali; ut christiani Ecclesiastice.

Responsiones ad objectiones

De jure Principum circa decreta Ecclesiastica.

N. 136. Unicum hic punctum resolvendum est, nimirum quod jus placiti Regij se extendat ad omnia decreta Ecclesiastica tam dogmatica quam disciplinaria, quia nullum decretorum Ecclesiasticorum est, unde mali civilis periculum non sit timendum.

Si hi libertini per jus placiti Regij nil aliud intelligerent, quam quod talia decreta ante publicationem Principibus ad inspiciendum transmittantur, libenter hoc dictum concederem, quia ipsorum sane est, quid ipsi et populus credere debeant. verum quia per hoc jus Ecclesiæ catholicæ omnem potestatem surripere tentant, ut eam potestati temporali attribuant, hæc propositio non tantum est falsa, sed et hæretica, quia ex ipsis principiis hæreticorum deducta est. quæsó: quis est auctor utrorumque decretorum dogmaticorum et disciplinarium, nonne christus? qui primus docuit, quid credere, et quomodo quisque secum se et cum proximo gerere debeat? cui post se regimen suæ Ecclesiæ reliquit Principibus terrenis? nullatenus ait S. Paulus act. 20. 28. sed apostolis et eorum successoribus: "attendite! sunt verba ipsius, ad majores natu Ecclesiæ Ephesini: "et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam dei, quam acquisivit sanguine

„suo.“ Si ergo episcopi Ecclesiam regere debent, necessario
etiam debent posse condere decreta dogmatica et disci-
plinaria, quia per hoc Ecclesia regitur. Iterum: decreta
dogmatica debent esse infallibilia et perpetua, quia in
revelatione divina fundantur: cui autem christus
sua mysteria revelavit: suam assistentiam ~~promisit~~
et spiritum sanctum promisit an principibus terrenis aut
suae Ecclesiae? nonne ~~Ecclesiae~~ Ecclesiae? „vobis datum est
(: ait Math. 13. ii :) noscere mysteria regni coelorum, illis
„autem non est datum.“ Math. 28. 20. „ecce ego vobis-
„cum sum omnibus diebus usque ad consummationem
„saeculi.“ Joan. 14. 16. „et ego rogabo patrem, et
„alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum
„in aeternum, spiritum veritatis, quem mundus non
„potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.“
Si ergo decreta dogmatica debent esse infallibilia
et principes terreni hoc dona non habent, quomodo
ergo jus placiti Regij se ad illa extendere poterit?
an non potius hoc jus placiti Ecclesiae competit
quoties principes terreni aliquid contra dogmata
fidei statuunt?
Decreta disciplinaria possunt quidem pro circum-
stantiis temporum mutari, sed quia et ipsa pro fine
habent vitam aeternam, et sic ad regimen Ecclesiae
pertinent, atque sacrae scripturae conformia esse debent,
cui autem donum intelligendi scripturam christus
iterum dedit nisi suis apostolis? „tunc aperuit illis
„sensum, ut intelligerent scripturas.“ Luc. 24. 45.
per amorem Dei! quis unquam christianus tam impie

contra certam Scripturam sacram loqui et docere
audeat? denique an non Ecclesia à tempore Post-
olorum usque in hodiernum diem utraque decreta absque
consensu et praesentia Principum saecularium semper in
omnibus conciliis condidit, et unus aut alter semi-
verbius eam à professione ponere tentet? causa huius
tentaminis est aperta: jugum christi hisce carnalibus
hominibus nimis durum videtur, et quia Ecclesia
eos suis decretis sub hoc jugo retinet, hinc ea ut
felicitati terrenae damnosa proscribunt, et pro-
jiciunt, ut voluptatibus suis liberius vacare valeant.
ex hac ratione, si eis christus ut Rex illorum, cui
obedire debeant, proponitur, in promptu respondent:
" non habemus Regem nisi Caesarem." Joan. 19. 15.

de facta Ferdinandi III. et Leopoldi dico, bene
hos Principes inspectionem horum decretorum ante
promulgationem petiisse, quia hoc Principem decet,
at talia decreta corrigere aut omnino invalida
declarare in suorum potestate non est, quia et ipsi
Ecclesiae praesertim in dogmatibus fidei obedire te-
nentur. de Principibus infidelibus et acatholicis
hic quaestio non est, quia sunt extra Ecclesiam
et consequenter illius potestati non subjiciuntur,
sicut etiam de aliis decretis Ecclesiae, quae fidem
aut disciplinam non pro fine habent.

~~[illegible]~~

N. 137. Ex hac propositione deducunt nostri Liberthini adhuc
aliam sequelam, quam silentio praetereire non possum,

nempe, Ecclesiam jure proprio non posse statuere impedimenta Matrimonij vel dirimentia, vel impedientia, et quod facit hoc tantum ex concessione Principum fieri, et sic ratiocinantur: quod potuit Princeps facere in religione naturali, hoc etiam potest in religione revelata, quia fide illam non sustulit. atqui in Religione naturali solus Princeps potuit facere impedimenta matrimonij: ergo etiam in revelata.

Mirandum, ubi Novatores, hi tam elegantem logicam didicerint. semper ratiocinantur, et semper contra rationem: in omnibus se fundant in lege naturae, et non intelligunt, quid sit jus naturae. videtur ipsos semper somniare, et quidquid ipsis phantasia praeponit, hoc pro veritate vendunt. ut autem illorum somnia magis palescant,

Dico verum esse, Religionem revelatam naturalem non sustulisse, bene tamen per novas leges perfecisse, quas Homo Christianus non solum modo sequi debet.

In Religione naturali matrimonium consistebat in solo contractu naturali aut etiam humano, in Religione revelata est etiam sacramentum, unde in hodierno matrimonio tria invicem distincta considerandi sunt. 1mo contractus naturalis, 2do civilis, 3tio sacramentum. N. 138.

Contractus naturalis precise pro fine habet generationem prolis, cuius forma consistit in his verbis: ego duco te in virum, ego duco te in uxorem, materia autem in mutua traditione corporum. qui contractus utrumque

conjugem ex institutione Divina ita ligat, ut matrimonium insolubile reddat, quam insolubilitatem Christus Matth. 19. 8. de novo confirmavit dicens: „quod ergo Deus „conjunxit, Homo non separet.„ Quid ergo Princeps cum hoc contractu, quem Deus ipse confirmat? an illum dirimere aut impedire poterit, praesertim cum in unius cuiusqs naturali libertate stet nubere vel non nubere?

Contractus civilis praecise pro fine habet bona temporalia, quae conjuges ipsi vel eorum parentes desponsandis promittunt et quia hoc sunt bona civitatis, circa ea absqs dubio Princeps disponere habet.

Sacramentum quod attinet, plura hic dicenda venient. Fortasis libertini nostri matrimonio etiam dignitatem abnegant juxta morem haereticorum, sed paucis ipsos domum remito. Omne sacramentum est signum visibile gratiae hominem sanctificantis. v.g. in baptismo signum visibile gratiae sanctificantis est ablutio exterior, adeo ut sicut per ablutionem corpus à labe corporali mundatur, ita anima intus à maculis peccati purificetur. at simile visibile signum habemus in matrimonio. S. apostolus Paulus Ephes. 5. 32. ait: matrimonium sacramentum aut mysterium magnum esse, quia conjunctio sive corporum sive animorum conjugum fit figura conjunctionis Christi cum sua Ecclesia: jam conjunctio Christi cum sua Ecclesia sine gratia fieri non potest, quia „qui adhaeret „domino, unus spiritus est.„ 1. Cor. 6. 17. si ergo matrimonium est figura conjunctionis Christi cum Ecclesia, debet etiam esse figura gratiae, alias non esset figura, unde et idem apostolus 1. Tim. 2. 15. ait: „salvabitur autem per filiorum gene-

rationem si permanserit in fide, quod doctrina etiam
à tempore Apostolorum constans doctrina fuit, ut ex
Conciliis et SS. Patribus videre licet, quare hic plura
argumenta afferre superfluum. vide plura inferius.

Si autem matrimonium in lege nova simul est N. 139.
Sacramentum, longè aliter de illo loqui debemus, quam
de matrimonio in lege naturæ. in lege naturæ matri-
monium vi contractus et institutionis divinæ erat quidem
matrimonium legitimum et ratum, sed non sacramentum,
et etiamnum potest esse legitimum, quin contrahentes
suscipiant sacramentum: ergo matrimonium et sacra-
mentum sunt duo distincta res, consequenter sacramentum
debet etiam habere distinctam materiam et formam.
et quia in omni sacramento signum visibile est materia
et forma verba, per quæ materia elevatur ad sacramentum
ut patet in Baptismo, ubi per verba: ego te baptizo,
infusio aquæ ordinatur ad baptismum, sic etiam hic
conjunctio corporum est materia, et forma verba
copulantis: ego vos conjungo, vel promissionem vestram
ratifico in nomine Patris, et Filij et Spiritûs Sancti.
Matrimonium ergo et sacramentum sunt duo distincta
res, quarum quælibet suos distinctos ministros habet.
matrimonium fit matrimonium per solum contractum
et traditionem corporum, adeoque ipsi contrahentes sunt
minister: quia autem Christus tantum apostolos et
sacerdotes ut ministros et dispensatores mysteriorum Dei
constituit, ut ait S. Paulus 1. Cor. 4. 1. sic etiam tantum
hi huius sacramenti ministri esse possunt. hinc merito
exploditur ista fabula, quod Parochus sit tantum testis et

et non minister. Sed
aiunt: nova hæc est doctrina, quod quod catholicos
Theologos vix inveniatur, ergo non est sequenda. at
Errant et vel maxime errant hi Novatores, respicientes
doctrinam antiquissimam et constantem Ecclesiæ.
Concilium Nicænum sub Constantino Magno celebratum
omni tempore pro Regula fidei habitum fuit. hoc
autem in decretis ex quatuor Regum ad Constantinum
libris mihi apud Marsi collect. Concil. Tom. 2 fol. 1096.
cap. 6. de benedictionibus nuptiarum sic loquitur:
" Exigit Deus ab omnibus christianis tam viris quam
" mulieribus, ut matrimonia sacris celebrent bene-
" dictionibus et precibus, quoniam hisce mediantibus
" licita fit virorum et mulierum copula. quamob
" rem à Sponsalium celebratione usque ad nuptiarum
" benedictionem poterit Sponsus ac debet Sponsæ servitutis
" exhibere obsequia, eam invisere et confabulari,
" ad conversationem eius suis nequaquam, quia id mi-
" nime licitum est ante nuptiarum celebrationem,
" quæ fit benedictionibus, precibus et virginali in-
" coronatione. oratet itaque tam viros quam mulieres
" casta et pura habere corpora coram Deo, cum ad
" nuptialem accedant benedictionem, nuptialesque
" coronas, ne erubescant in conspectu Dei tanquam
" falces et impuri. sed sint velut Angeli Dei, ut des-
" cendat in eos omnis gratia et benedictione, consequantur

„vin filii suis, suoq; ferine, et perpetuò permaneat in
„ipsis celestis et divina gratia.“

Cum igitur dicat hoc Concilium: exigit Deus ab omnibus christianis tam viris quam mulieribus, ut matrimonia sacris celebrent benedictionibus et precibus, quoniam hisce mediantibus licita fit virorum et mulierum copula, dicit etiam quod matrimonium sine benedictionibus celebratum inter christianos non sit matrimonium ratum, quia sine illis copula est illicita. et quare hoc? propter sacramentum adjectum, quod per benedictiones et preces conferitur, et per quod ipsum matrimonium à Deo confirmatur et gratia conferitur. quod ut melius intelligatur, advertendum, quod Deus in institutione matrimonij ille ipse fuerit, qui conjuges conjunxit, juxta illud christi: quod Deus conjunxit, homo non separet. in lege autem nova, in qua christus omnem suam potestatem suis ministris concessit, et ipsam gratiam suam sacramentis annexuit, hoc conjunctio fit per ministros christi, qui in nomine Patris et filij et spiritus sancti desponsandos conjungunt, aut eorum contractum approbant et confirmant, ex qua confirmatione deinde matrimonium fit ratum et copula licita. sed quid, si quis sacramentum non vult suscipere, aut ei obicem ponit, aut coram sacerdote omninò non contrahit, erit propterea tale matrimonium omninò nullum aut factum non ratum et legitimum? N. 140.

R. cum apostolus dicat Ephes. 5. 32. matrimonium tantum

esse sacramentum in Christo et in Ecclesia, igitur contrahentes extra Ecclesiam non suscipiunt sacramentum sunt et illi, qui nolunt sacramentum suscipere, sed eorum matrimonium sit tantum legitimum vi contractus naturalis et institutionis Divinae. qui autem gratia tantum obicem ponunt, illo sublato hic iterum revivisit sicut in aliis sacramentis.

Pariformiter loquitur etiam concilium Tridentinum sess. 24. de Refor. mat. cap. 1. in decret. ubi ait: „qui aliter „quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi „seu ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus „matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus „adhuc contrahendum omnino inhabiles reddit, et „huiusmodi contractus irritos et nullos decernit, prout „eos praesenti decreto irritos facit et annullat.„ jam an hic parochus est tantum testis? non. „praecipitque „benedictiones a proprio parocho fieri — et mutuo eorum „consensu intellecto vel dicat: ego vos in matrimonium „conjungo in nomine Patris et Filij, et Spiritus Sancti, vel „alis utatur verbis juxta receptam utriusque cuiusque „provinciae ritum.„ jam, quî potuisset concilium contractum naturalem sine benedictione parochi initum irritum declarare, et praecipere „ne conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in „eadem domo cohabitent„ nisi credidisset, per hanc benedictionem contractum naturalem primum ratificari.

et copulam licitam fieri? quomodo ergo doctrina
scholasticorum subsistere poterit, si doctrina Ecclesiae
comparatur? manet igitur, matrimonium inter christi-
anos Sacramentum esse, per quod eis conferter gratia
et benedictio, et illorum contractum primum per
benedictiones confirmari, et vinculum verum et unicum
eius ministrum esse.

Si autem sic se res habet, quid si princeps cum sacra- N. 111.
mento? quomodo Ecclesia tantum ex consensu princi-
pis potest impedimenta statuere? quis primum ali-
qua impedimenta matrimonij statuit? nonne deus
ipse Levit. 18.? ubi autem hanc potestatem principibus
concessit? in nova lege erat Joannes Baptista
primus, qui de matrimonio quid statuit, dum Marc. 6.
18. Regi Herodi dicebat: „non licet tibi habere uxorem
fratris tui.“ dein christus, dum Math. 19. 8. sustulit
libellum repudij, et matrimonium indissolubile decla-
vit. denique S. Paulus 1. Cor. 7. 15. ubi parti fidei, si
altera pars infidelis illi cohabitare nolit, concessit,
alteri nubere. quam potestatem ibi Paulus ait, se
à Domino accepisse v. 10. circa ea, quae matrimonium
tangunt, et ideo Ecclesia idem semper retinuit, et
exercuit primus inter summos Pontifices fuit
Calixtus I. qui anno 217. vixit, quique in Epistola 2. ad
Episcopos Galliae matrimonia inter consanguineos pro-
hibuit, ubi ait: talium enim conjunctiones nec legitimae
sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendae. et sique

aufu temerario attentata sint, authoritate apostolica rescindendo veniant. hunc secutum est concilium Nicenum supra citatum, quod cap. 2. quosdam gradus consanguinitatis et affinitatis statuit, in quibus matrimonium prohibetur. quod et plura alia concilia et ultimò Tridentinum sess. 24. fecerunt, et can. 4. statuit: „ si quis dixerit, Ecclesiam non „ potuisse constituere impedimenta matrimonium „ dirimentia, vel in iis constituendis errasse anathema sit. „

Jam quero ego, an hoc concilia vel pontifices unquam ab Imperatoribus vel Regibus licentiam petierint talia impedimenta statuendi? ubi proba? ubi exemplum? semper à deo hanc potestatem accepisse crediderunt ut patet ex more citato canone Tridentini.

Verum est, Imperatores et Reges gentiles ante legem Evangelicam multa circa matrimonia statuisse, sed hoc mirandum non est, quia nullam legem habuerunt, et sibi ipsi lex fuerunt verum est etiam quod ipsos postea Imperatores et Reges christiani secuti fuerint, sed Ecclesia semper eas tantum sub quibusdam conditionibus validas declaravit, ut ait calistus papa in Epistola supra citata: „ leges humanas rationi et „ honestati non repugnantes esse amplectandas censemus, „ presertim ubi Reipublicæ consulunt utilitati, vel Ecclesiasticæ dignitatis authoritatem defendunt, atque „ pro adminiculo fuerint. „ si secus Ecclesia eas non recipit sed condemnat. ita S. Augustinus lib. 1. de nupt. et concup. c. 10. inquit. „ stabilem conjugem fas non est

" relinquere, ut alia secunda ducatur. quod si quis
" fecerit, non lege huius seculi, ubi interveniente re-
" pudio sine crimine conceditur cum alio alia capu-
" lari coniugia -- sed lege Evangelij reus est adulterij,
" fiunt etiam illa, quo alteri nupserit." Cui ergo potius
obediendum legi Evangelicae aut legi humanae? si legi
Evangelicae ergo etiam legi Ecclesiae, quia hoc sola jus
habet legem Evangelicam declarandi, ut superius ostendi.

Imo an non Imperatores et Reges christiani Ecclesiae
potestatem impedimenta dirimentia statuendi ipsi net
adjudicant? a quo dispensationem super his impedimentis
petent, nonne ab Ecclesia? si autem jus dispensandi
et solvendi ipsi sibi sumunt, nonne etiam ipsi jus ligandi
concedere debent, quia jus solvendi et ligandi sunt
eiusdem potestatis, nemo enim legem solvere potest, nisi
qui eam fecit. utrumque autem jus Ecclesia accepit non
a principibus, alias ipsi dispensare possent, sed a Christo,
qui ergo libertatis nostri audeant praetendere, Ecclesiam
hanc potestatem tantum ex consensu principum exer-
cuisse?

utraque ergo potestas tam Ecclesiastica quam secularis N. 142.
potest impedimenta dirimentia matrimonium statuere
sed ob diversos fines, Ecclesia ob finem spiritualem, principes
ob utilitatem temporalem, quae impedimenta tamen
non se extendunt ad contractum ipsum naturalem
aut sacramentum, sed tantum ad personas nubere
volentes, quia tam contractus naturalis quam sacramentum
obligant ex jure naturae et institutione divina, quae
potestatem humanam superant, personae autem utriqu

potestati subjecta sunt. si igitur Ecclesia vel Princeps talia statuta faciunt, non tollunt essentiam contractus aut sacramenti, sed personas tantum inhabiles declarant, ad contractum ineundum aut sacramentum suscipiendum. unicuique licet jure naturae rem suam vendere vel alienare, et tamen ob bonum commune vel privatum Princeps vel Ecclesia ipsum impedire vel ei prohibere potest, ne vendatur, et talis prohibitio non tangit essentiam venditionis, sed vendentem tantum inhabilem reddit. sic etiam Ecclesia vel Princeps impedimenta dirimentia statuens nil facit circa essentiam matrimonij, sed tantum personas nubere volentes inhabiles declarat, et proprie inhabilitatem tantum contractum annullat, et irritum facit. si ergo utraque potestas intra suam sphaeram sui juris maneret, omnis lis et disputatio cesset.

Responsiones ad objectiones

De Jure Principum circa personas Ecclesiasticas.

N. 143. Primum punctum sic habet: personae Ecclesiasticae sunt jure naturali subjectae imperio civili, quia sunt membra civitatis. item jure Evangelico Rom. 13. omnis anima, et nec verbum invenitur in novo Testamento de exemptione tali. imò nec ordinatio ipsa eas à tali subjectione liberat.

Quam irrationabiliter iterum hic discurrant nostri libertini, mox videbimus. ubi est hoc jus naturale, quod personas Ecclesiasticas subjicit imperio civili? jus naturae erat ante imperium civile et ante personas Ecclesiasticas quomodo ergo potuit aliquid de hac re statuere? quia sunt membra civitatis aiunt, at non dantur etiam intra membra civitatis quaedam privilegiata, quae non subsunt

Imperio civili? quomodo stat hoc ratio cum experientia quotidiana? sed ex ipso sive Evangelio hoc probant ex Rom. 13. 1. ubi apostolus ait: "omnis anima potestatibus "sublimioribus subdita sit." sed advertendum, quod apostolus hic ad Judaeos loquatur, qui praeter Deum nullum aliunde Principem agnoscere volebant, et sic contrarium probat, quod omnis potestas à Deo sit, et sic se submittere teneantur. sed an praeterea etiam personas Ecclesiasticas imperio civili subjecit? de se ipso enim sic dicit 1. Cor. 6. 12. "omnia "mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate" idest nolo redigi sub potestate ullius Judicis.

videtur Libertinos nostros personas Ecclesiasticas Catholicas multò minoris aestimare, quam olim gentiles Deorum suorum Sacerdotes aestimavêre, constat enim ex Historia illos nulli imperio subjectos fuisse, forsitan Sacerdotes nostros comparant cum ministris haereticorum, qui tantum à Principibus ad officia sua ordinantur, et nodo pastorem modo tutorem agere possunt, quin de ordinatione sua aliquid amittant. sed fallunt, et fallentur, longè enim aliter sentiendum de Sacerdotio novae Legis. Cum Deus in veteri lege Sacerdotium instituisset, tribum Levi statim à caeteris populis separavit, et sibi servitio deputavit. sic enim ait Num. 3. 12. "ego tuli Levitas à "filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam "in filiis Israel, erunt que Levitae mei." et Num. 2. 33. "Levitae autem non sunt numerati inter filios Israel, "sic enim praeceperat Dominus Moysi." ergo Sacerdotes novae Legis minoris aestimandi sunt, quam Levitae veteris testamenti, cum tamen eorum officium multò nobilius,

et Deo propinquius horum fit, et cui christus omnem
suam potestatem concessit, et dixit: "qui vos spernit, me
"spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.
Luc. 10. 16. ut autem uno verbo ostendam, hanc imuni-
tatem non à principibus sed ab ipso christo provenire,
sic dico: Joan. 15. 16. ait christus: "non vos me elegistis,
"sed ego elegi vos, et posui vos -- si de mundo fuissetis,
"mundus quod suum erat, diligeret: quia verò de mundo
"non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit
"vos mundus." Jam si discipuli christi de mundo electi
fuerunt, et non amplius post hanc electionem de mundo
erant, quomodo ergo potuerunt esse mundo et imperio
civili subjecti? Sanè Imperatores christiani melius distin-
guere noverunt inter Imperium civile et Ecclesiasticum,
quam nostri liberales, unde Justinianus Nov. 79. cap. 3.
contra civiles judices, qui personas Ecclesiasticas in judi-
cium suum vocare audeant, has penas statuit: "si quidem
"judex sit, qui talem proferre sententiam presumpserit,
"quia ab administratione repellebat. B. tanquam divini-
"tati contumeliam faciens, et pena 10. librarum auri
"urà cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro
"danda erario." causa est, quia personæ Ecclesiasticæ
vel per ordinem vel etiam professionem religiosam
divino servitio mancipantur, et non amplius mundi,
sed Dei sunt, adeoque ipsi Deo contumeliam facit, qui eas
è Dei potestate et manibus eripere, et ad imperium civile
traducere tentant. unde falsissimum est
N. 144. Quod autem 2do, quod personæ Ecclesiasticæ jure divino
cum positivo tum naturali subjectæ sint potestati principum

legislatoria, inspectoria, judiciaria, coactiva, et executoria. eadem pariter subjacent juri Regio Principum circa sacra, quia in omnibus Imperio civili subjecta sunt, quare Imperatores non ex concessione Sanctificia, sed jure proprio indixerunt ante prima concilia oecumenica, adeoque eis sunt Ipsi eadem potestas competit. nam si personae Ecclesiastica neque jure divino neque naturali Imperio civili subjecta sunt, quomodo illius potestati legislatoriae subdere potuerunt? quid Rex Hispaniae Ministris et subditis Regis Galliae jubere habet, aut quam potestatem in illos exercere potest? nullam, quia non subsunt eius jurisdictioni. Regnum Dei et regnum Principum terrenorum sunt duo diversa regna, et quodvis habet suos proprios servos, saepe sub respectu et fine diversos. jam de jure naturae est, ut quis servus illius Domini sit, cuius servitutem se quis mancipavit. nunc certum est, quod personae Ecclesiastica se servitutem Divina et soli devoverint, quam ergo potestatem Princeps in eas exercere potuit? an potestas terrena major est potestate Divina? aut nemini hominum licet sine consensu Principis mundum relinquere, ut soli Deo serviat, quod servitus tamen unicus finis est creationis hominis? Iterum: Sacerdotes novi Testamenti sunt Legati Christi et reconciliatores hominum cum Deo, „ Christus posuit in nobis verbum reconciliationis“: ait S. Paulus 2. Cor. 5. 19. „ pro Christo ergo Legatione fungimur, „ tanquam Deo exhortante per nos.“ si ergo Legati

Christi sunt, quid juris habet Princeps in eos? nonne
hoc pugnaret contra jus gentium?

N. 145. Pari modo falsum est, quod personæ Ecclesiasticæ
subjaceant juri Regio Principum circa sacra. nam quid
est hoc jus circa sacra? hoc jus recte definitur, ajunt,
si dicatur esse jus perfectum externa civium negotia
Ecclesiastica ita determinandi, ut ad salutem civitatis
partim innocua sint, partim proficua, quod ex jure
advocatiæ, et jure Regio cavendi coalescit. atqui ado
jus Regium circa sacra nihil aliud est, quam ipsum
imperium civile, quatenus hoc versatur circa externa
civium negotia Ecclesiastica, prout hæc civiliter bona
vel mala sunt. Sane dicere non possum, an Ri dato-
res ipsimet intelligant, quid affirmant. jus circa sacra
est ergo jus perfectum externa civium negotia Eccles-
iastica ita determinandi, ut ad salutem civitatis partim
innocua sint partim proficua, prout hæc civiliter bona
vel mala sunt. primo enim omnia negotia q etiam
q Ecclesiastica externa sunt res spirituales, quia ipsum Deum tangunt,
et propterea Ecclesiastica vocantur. secundo sive sint
civiliter bona sive mala, sunt etiam in sinel moraliter
bona vel mala, si sint actiones humanæ || quoniam om-
|| ne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent
|| rationem de eo in die judicij || Matth. 12. 36. et hæc sunt
inseparabilia. si ergo negotia Ecclesiastica sunt res
spirituales, et sunt moraliter bona vel mala, quale
jus Princeps potest habere circa sacra? quomodo potest

determinare negotia moraliter bona vel mala, cum ipsi adversarij hanc potestatem soli Superiori Ecclesiastico adscribant? ostendant mihi unicam actionem humanam quae non sit moraliter bona vel mala: indifferentia in actibus humanis nulla concedatur: et tantum civiliter bona vel mala, libenter eis assentior. sed quia hoc est impossibile, et moralis bonitas vel malitia bonitati vel damno civili semper praeferenda est, quia actiones morales non dirigi debent ad finem civilem, sed actiones civiles ad finem supernaturalem, et hoc directio non pertinet ad Principem, consequenter etiam nullam jus in sacra habet.

Sequelam, quam ex hoc jure deducunt, quod nimirum Imperatores proprio jure orto prima concilia generalia convocarint, absolute nego, quia ut Historia Ecclesiastica docet, Imperatores ista concilia non ex jure proprio sed ad instantiam Pontificum et Episcoporum convocarint, non quasi ipsi illa indixerint, sed quod illa defendere, promovere, et brachio seculari tueri velint, ut ex primo concilio Nicano sub Constantino magno habito, et aliis constat. unicum huc adduco concilium octavum constantinopoli sub Basilio Imperatore et Hadriano II. celebratum, ubi Pontifex in litteris ad Imperatorem per suos legatos missis, sic ait: "volumus per vestra pietatis "industriam constantinopoli numerosum celebrare "concilium, per quod verba hoc facta fatis declaravit, concilium à se et non ab Imperatore huiusce indictum.

N. 146

simus etiam Concilium generale Constantinopolitanum anno 381. celebratum, auctoritate Sedis Apostolicae indictum, et auxilio Theodosij Imperatoris congregatum fuisse vide Mansi collect. Concil. Tom. 3. fol. 549. Litt. 7.

Tentavit quidem Imperator Justinianus Concilium suum Constantinopolitanum indicere, cui autem edicto statim restitit vigilius Papa, eo quod hoc jus ad Papam pertineat. Tandem conventum est, ut Imperator concilium auctoritate Papae convocarit. vide Mansi Tom. 9. Concil. fol. 645.

Ubi est ergo probatum, quod Imperatores 8. prima concilia oecumenica indixerint? Hac assertio fere contra rationem pugnat. in conciliis agitur solummodo de rebus fidei et disciplinaribus, quae non ad Imperatores, sed Ecclesiam spectant, quid ergo Imperatori cum conciliis, praesertim cum in illis nullum votum habeant? auctoritatem quidem suam semper interponunt nova indictione partim ut comparere volentes ad comparitionem cogant, partim ut pax et libertas in ipso concilio conservetur, partim ut in itinere et loco episcopis sustentationem habeant, sed haec res non ipsum concilium respiciunt sed tantum circumstantias et res externas, quae in ipsorum potestate consistunt. confirmant et subscribunt etiam acta conciliorum, sed non ut ea approbent, sed tantum ut ab omnibus melius observentur, prout ad rem loquitur Justinianus Imperator quod Mansi Conc. Tom. 8. fol. 1199. in sua constitutione contra Anthimum Mennae Patriarcha missa, ubi ait:

" Rem non insolitam Imperio et nos facientes ad pre-
" sentem venimus legem. quoties enim Sacerdotum sen-
" tentia quosdam indignos Sacerdotio de sacris sedibus
" deposuit: quemadmodum Nestorium, Eutichem, Dium,
" Macedonium, et Eunomium ac quosdam alios ad iri-
" quitatem non minores illis: toties Imperium eiusdem
" sententiae et ordinationis cum Sacerdotum auctori-
" tate fuit, sicque divina et humana pariter concur-
" rentia unam consonantiam rectis sententiis facere."
Sicque patet, Imperatores non jure regio, sed jure ad-
vocatio concilia convocasse.

Punctum 3tium. Si contingit, ut Papa aut Episcopus alicui civi gravamen infert, civis ille etiam Ecclesiasticus habet jus appellandi ad Principem. v.g. si Davidus ob crimen beneficio privatur, potest Princeps jubere, ut causa melius examinetur, et interim Davidum restituere, quia sic Princeps non potestatem spiritualem exercet, sed tantum vim auferit. et hoc jus quilibet Princeps habet in suo Territorio, ut advocatus Ecclesiae. N. 147.

Q. et quero, à quanto tempore hac doctrina introducta esset? sane antiquitati erat penitus ignota. longe aliter statuit Concilium agathense 2do ao 506. celebratum cap. 2. et concilium Hispalense 2dum ao 619. habitum, cuius verba in cap. 6. hic appono: " comperimus: ajunt fratres: " quemdam presbyterum à Pontifice Jeo injuste olim " dejectum, et innocentem exilio condemnatum. ideo de-" cernimus: juxta priscorum patrum decreta: Synodali " sententia, ut nullus nostrum sine concilij examine de-

„ijciendum quemlibet presbyterum vel diaconum audeat
„ Episcopus enim sacerdotibus et ministris solus honorem
„ dare potest, auferre solus non potest. tales enim neque ab
„ uno damnari, nec uno judicante possunt honoris sui
„ privilegio exui, sed presentati synodali judicio, quod
„ canon de illis prosequendis definiit."

Et in Novella 83. cap. ait Imperator: „ Si vero Ecclesi-
„ asticum sit delictum, egens castigatione Ecclesiastica
„ et multa, deo amabilis Episcopus hoc discernat, nihil
„ communicantibus clarissimis provinciae judicibus. neque enim
„ volumus talia negotia omnino sive civile, judices: cum
„ oporteat talia Ecclesiastice examinari, et emendari ani-
„ mas delinquentium per Ecclesiasticam multam secundum
„ sacras et divinas regulas, quas etiam nostis sequi non
„ dedignantur leges."

Sequitur ergo hoc jus primum à nostris libertinis in-
ventum fuisse, et quidem ut in more habent, non sine
contradictione propria. nam jure dicunt, baronem suo
beneficio privatum posse appellare ad principem, ergo prin-
ceps debet esse judex superior Episcopo, ~~secunda hoc pro-~~
~~bant~~ quia omnis appellatio fit à judice inferiori ad ju-
dicem superiorem, sed unde hoc probant, cum neque persona
neque causa ad forum civile pertineat? sed ajunt: hoc
principem non facere ut judicem, sed ut advocatum, at
falsum est, quia princeps annullando vel suspendendo
sententiam Episcopi vere judicat, nam advocati non est
sententiam judicis annullare, sed hoc ad superiorem ju-

Judicem spectat, ut ratio dictat, ergo hoc non facit ut advocatus, sed ut Judex. quomodo autem ut Judex, cum hoc res ad suum forum non pertineat?

2do dicunt, Principem praeterea potestatem spiritualem non exercere, sed tantum vim adferre. an restitutio in parochiam non est jus spirituale? si ergo parochum de novo in parochiam instituit, an non exercet potestatem spiritualem? an ergo sic non sibi ipsi contradicunt? utinam libertini nostri tandem sapiant, et intelligant!

Punctum 4tum. Princeps etiam habet jus se in electionem Papae immiscere, ut dignus constituatur. N. 148.

Hic probè notandum, electionem summi Pontificis ortum ducere à Christo, qui potestate propria Petrum in suum vicarium et caput visibile suae Ecclesiae elegit. quodet hanc potestatem suae Ecclesiae concessit, patet ex electione Mathiae in Apostolum, quem soli Apostoli in suum Collegam elegerunt, prout et postea Apostoli alios Episcopos ex hoc jure constituerunt, adeoque jus eligendi tam summum Pontificem quam Episcopos, est jus divinum soli Ecclesiae concessum.

Successu temporis, cum Ecclesia semper ab haereticis exagitaretur, non tam Principes Laici sed et populus ad Electionem summorum Pontificum et Episcoporum admittebatur, non ut suffragia darent, sed tantum ut suo consensu Electio magis roboraretur. ita Leo I. ad Episcopos viennensis provinciae Epist. 87. alias 89. scripsit

dicens: „Principibus verò et Imperatoribus electiones Romanorum
„Pontificum atq; aliorum Episcoporum reservandas, usq; et con-
„stitutio tradidit pro schismaticorum atq; hereticorum dissensio-
„nibus, quibus nonnunquam Ecclesia Dei concussa periclitabatur:
„contra quos legibus fidelissimorum Imperatorum frequenter Eccles-
„multa leguntur. reprobantabatur ergo electio Pontificum catho-
„licorum Principibus: ut eorum auctoritate roborata nullus
„hereticorum vel schismaticorum auderet contraire, et ut pri-
„Principes tanquam devotissimi fidei in eum consentirent, quem
„sibi in patrem eligi viderent, ut in omnibus suffragatores
„existerent.„ vide dist. 63. cap. vota canon 27.

Verum quia Imperatores quandoq; modum suum ignorantes non
in numero consentientium, sed primi distribuentium, imò exter-
minantium esse voluerunt, frequenter etiam in hereticorum per-
fidiam prolapsi, catholicæ matris Ecclesiæ unitatem impugnare
conati sunt, ideo SS. Patrum statuta adversus eos prodierunt,
ut semet electioni non inserent, et quisquis eorum suffragio Ec-
clesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur. vide dist. 63.
c. quia sancta. 29.

Scimus quidem ex historia Ecclesiastica Hadrianum II.
Carolo Regi jus et potestatem eligendi Pontificem et ordi-
nandi apostolicam sedem concessisse, quod et idem Leonem
III. Othonis I. fecisse noscimus, qui hac auctoritate usus
Benedictum V. è sede apostolica ejecit, et clerum compulit,
ut susciperet eius loco Leonem Pontium. primus hoc fecit
quia multa bona à Carolo accepit, secundus quia cre-
atura Othonis erat. jam quæstio est, an hoc validè facere
potuerint? Christus hoc jus suis apostolis concessit, et
eorum successoribus, quomodo ergo hi Pontifices tale
jus suis successoribus auferre et in manus Laicorum ex-

tradare potuerunt? hanc concessionem ipse etiam ut
iniquam postea nova constitutione, quae est inter leges
Longobard. l. 9. de pontif. l. 3. iterum fulsit per hoc
verba: „in electione Romanorum pontificum neque liber
„neque servus ad hoc venire presumat, ut illi Romanis, quos
„ad hanc electionem per constitutionem SS. patrum antiqua
„admisit consuetudo, faciat aliquod impedimentum,
„quod si quis contra hanc nostram constitutionem facere
„presumpserit, exilio tradatur.“ vid. Dist. 63. cap. 32.
Sic etiam statuit Ludovicus I. augustus c. Ego Ludovicus 30.
Dist. 63. ubi ait: „quando divina vocatione huius sedis
„ipsius sedis pontifex de hoc mundo migraverit, nullus
„ex regno nostro aut francus aut Longobardus, aut de
„qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus,
„licentiam habeat contra Romanos aut publice aut pri-
„vatim conveniendi, aut electionem faciendi — sed liceat
„Romanis cum omni veneratione et sine qualibet
„perturbatione honorificam suo pontifici exhibere se-
„pulturam, et eum, quem divina inspiratione et beati
„Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque
„concordia sine qualibet promissione ad pontificatus or-
„dinem elegerint, sine aliqua ambigitate vel contra-
„dictione more canonico consecrare, et dum consecratus
„fuerit, legati ad nos, vel nostros successores reges Fran-
„corum dirigantur, qui inter nos et illum amicitiam
„et charitatem et pacem faciant.“
Sane qui decreta summorum pontificum et conciliorum
paululum perlustraverit, inveniet, quod ab initio Ecclesiae

nulli unquam Principi seculari permissum fuerit, se
in Electionem Papae immiscere. Testis omni exceptione
major est Constantinus Magnus, qui, dum ei in concilio
Nicano ab Episcopis libelli quaedam memoriarum ad judi-
candum offerebantur, ad eos dixit: „Deus constituit
„vos Sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis quoque
„judicandi, ideo nos à vobis rectè judicamur, vos autem
„non potestis ab hominibus judicari.“ Testis est etiam
Imperator Valentinianus, qui dum Mathaeo auxentio
Episcopo ariano Mediolanum ad novam electionem
Episcopi venisset, et Episcopi ab eo petiissent, ut quem-
dam nominaret, dixit: Talem itaque in Pontificali con-
stituite sede, cui et nos, qui gubernamus imperium, sin-
cerè nostra capita submittamus, et eius monita, dum
tanquam homines deliquerimus, necessariò velut cura-
antis medicamenta suscipiamus. — Supra nos est talis
electio, vos enim gratia Divina potiti, et illo splendore
fulgentes, melius poteritis eligere. V. C. Valentinianus 3.
Dist. 63.

Et ut imposterum nulla amplius perturbatio in Ecclesia
fieret, Concilium Constantinopolitanum octavum
generale seculo 9no celebratum canone 28. sic statuit:
„Sanctae et universalis Synodus definit, neminem Lai-
„corum Principum vel potentum semel inferare electioni
„vel promotioni Patriarcho vel Metropolitae, aut
„cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc et
„incongrua fiat confusio vel contentio, praesertim

„ cum nullam in talibus potestatem quemquam
„ potestativorum vel cæterorum laicorum habere
„ conveniat, sed potius filere, ac attendere sibi usque
„ quo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem
„ electio futuri Pontificis. quisquis autem secularium
„ Principum et potentum, vel alterius dignitatis laicæ
„ adversus communem ac consentaneam atque canoni-
„ cam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentaverit,
„ anathema sit.“

Quia etiam propter populi consensum quandoque con-
tentiones fiebant, Nicolaus II. in Concilio Lateranensi
secundo XI. statuit ut electio Summi Pontificis penes solos
cardinales permaneat. verba eius sunt hæc: „Si quis
„ pecunia aut gratia humana aut populari, militarve
„ tumultu sine concordi et canonica electione cardi-
„ nalium fuerit in throno Petri collocatus, non apostolicus
„ sed apostaticus, id est, à ratione deficiens merito
„ vocetur, liceatque cardinalibus, clericis et laicis omni-
„ bus illum ut prædonem anathematizare, et
„ quovis humano auxilio à sede apostolica propellere
„ atque quovis in loco, si in urbe non liceat, catholicos
„ huiusce rei causa congregare.“

Quaere ratione vel jure ergo possunt Principes se-
culares se in electionem Pontificis ingerere? quia libertas
nostri sic fomniant? sed jus Divinum eis obest, nam
Christus non Principibus sed suis apostolis potestatem dedit
sibi successores eligendi.

Punctum 5tum. Princeps Ecclie agit, si Episcopis procijt, ut sua jura antiqua iterum exercent.

Sed quo sunt ista jura? ex Historia veteri Ecclesiastica habetur, ajunt. jmò. Episcopi suos diocesanos à quibuscunq; penalis absolvebant, indulgentias, quascunq; conferebant, beneficia Ecclesiastica quibuscunq; conferebant.

2do Metropolita Episcopos nominatos aut electos consecrabant, et confirmabant. iidem suffraganeis Synodo provinciali eosdem transferebant et puniebant.

3tio. Episcopi vel singuli vel in concilijs subditis in canonibus dispensabant.

4to Pallium Patriarchis Metropolitis dabant.

5to. Multi ordines ante seculum 13tum instituti sunt sine approbatione Papæ. SS. Dominicus et Franciscus primi petierunt.

6to. De votis Papæ reservatis antiquitas nihil scivit.

7mo Juramentum fidelitatis Episcopi Papæ nunquam deprehenderunt.

8vo. Religiosi à subjectione Episcoporum nunquam fuerunt exempti.

9no. annata nunquam in usu fuerunt ante seculum 14.

10. Beatificatio penes Episcopos semper fuit.

11. Jus appellationis in omnibus causis Ecclesiasticis Papæ primis Eulogio seculis fuit denegatum.

12. Papa in colaborum Episcoporum diœceses non nisi

mediata jurisdictio concessa est.

13. Jura adventitia Pontifex obtinere non potuit nisi conditione hac expressa vel tacita profitentur restituantur, quando salus Ecclesiae id postulabit, et ideo illa ei ipso Deo invito iterum possunt auferri, quia et ipsi Episcopi illa ei concedere non potuerunt, cum sint jura Ecclesiae sed non sua persona.

14. In causis Ecclesiasticis merito Episcopis plus credi quam Papae, quia isti melius de statu Ecclesiarum quam Papa informati sunt.

Et hoc sunt potissima jura, quae libertini nostri Episcopis de novo adscribunt ut Papam illis exuant, et omnibus Episcopis eum tantum aequalem faciant, et quidem ex hac ratione, quia, dicunt, omnes apostoli plenam et aequalem potestatem Ecclesiasticam, eamque immediate à Christo acceperunt; cum igitur Episcopi sint successores apostolorum, jure Divino eadem potestate gaudent, quam Apostoli à Christo acceperunt.

antequam igitur ad punctum ipsum et praedicta jura respondeam, videamus an hac ratio sit vera vel non.

verum est, quod Episcopi sint successores Apostolorum sed non in omni potestate. In apostolis duplex potestas distingui debet, una quae in plenitudine potestatis consistebat, quae potestas erat extraordinaria et propria apostolatus, quae non transfertur nec transferri potest in eorum successores. altera quae erat Episcopalis, à potestate apostolatus discreta, quae sola in Episcopos transfertur. ambas potestates ab invicem discretas docet nos sacra scriptura. Marci 16. 15. ait Christus ad suos apostolos: „ euntes in mundum universum, praedicate Evan-

N. 150.

"gelium omni creaturæ, docentes servare omnia, quæ
"cunq; mandavi vobis." ergo potestas eorum se exten-
debat ad universum mundum. non sic se res habet cum
Episcopis, quorum potestas se non extendit ad universum
mundum, sed tantum ad unam provinciam aut civitatem,
unde S. Paulus act. 20. 28. ad Episcopos Ephesiorum dixit:
"attendite vobis et universo gregi 13. in quo vos Spiritus
"Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei." quare
et ipse multos constituit Episcopos sed pro una civitate
vel provincia tantum, extra quos fines illorum po-
testas se non extendebat. sic et Petrus 1. Petri 5. 2. ait:
"pascite qui in vobis est gregem Dei." et sic prout juris-
dictio illorum ita et potestas eorum limitata erat, et
consequenter successores erant apostolorum non in ple-
nitudine potestatis, sed jurisdictionis Episcopalis tantum,
quam limitationem ipsi apostoli fecerunt dum quosdam
Episcopos tantum pro certis locis constituerunt.

Longè aliter loquendum de Episcopo Romano. Christus
Ecclesiam suam totam fundabat super petram stabilem,
quia apostoli non semper manebant, unde et ad Petrum
dixit Matth. 16. 18. "et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et
"super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam." ergo pri-
mus habet omnem potestatem. "et tibi dabo claves regni
"cœlorum. et quodcunq; ligaveris super terram, erit liga-
"tum et in cœlis, et quodcunq; solveris super terram,
"erit solutum et in cœlis." hæc petra et jurisdictio ergo
debet semper manere, ne porta inferi prævaleant adversus

Ecclesiam, et hoc non fit sine Rectore. quia ergo
Pontifex Romanus est successor Petri, consequenter
ei etiam succedere debet in plenitudine potestatis, alias
tota Ecclesia neqs super petram fundata esset, neqs Rector-
rem haberet, quia potestas Episcoporum se non ad totam
Ecclesiam extendit.

Dein Christus Petro multo majorem potestatem con- N. 151.
cessit quam ceteris apostolis. nam cui aeteri dixit: tu
es Petrus, et super hanc petram Ecclesiam meam. cui q ædificabo
aeteri claves regni coelorum tradidit. cui dixit: pasce
oves meas pasce agnos meos. Joan. 21. 16. cui dixit: ego
rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu ali-
quando conversus confirma fratres tuos. Luc. 22. 32.
jam petra est una, super qua tota structura Ecclesiæ
requiescit: et Petrus est hoc petra, et nullus alius apostolus.
ergo tota Ecclesia super eum requiescit: ergo et Rector
totius Ecclesiæ constitutus est. per claves regni Cœlo-
rum intelligitur suma potestas aperiendi et claudendi
cœlum, quæ potestas soli Christo competit, et tamen et hanc
Petro dedit per verba: quæcumqs ligaveris aut solveris
hanc quidem potestatem Christus Matth. 18. 18. et ceteris
apostolis dedit, sed non ipsos permansuram, sicut et g illorum personis
ipsi non permanebant. Petro autem illam dedit tanquam tantum et
petro Ecclesiæ, quæ quam semper permaneat, et à quâ
in alios successores communicetur. ad hoc apposite lo-
quitur S. Cyprianus l. de unit. Eccl. 11 apostoli habebant
omnes plenam potestatem super omnes fideles, sed non

„ super se ipsos ad invicem, quia Petrus a Christo caput
„ ipsorum et omnium fidelium constitutus est. quamvis
„ apostolis omnibus post resurrectionem suam parem
„ potestatem tribuat et dicat: sicut misit me pater tamen
„ ut unitatem manifestaret, unam cathedram constituit
„ et unitatis originem ab uno incipientem sua auctori-
„ tate disposuit. hoc erant utique ceteri apostoli, quod
„ fuit Petrus pari consortio praediti et honoris et potes-
„ tatis, sed exordium ab unitate proficiscitur. primatus
„ datur Petro, ut una Christi Ecclesia et cathedra una
„ monstretur.“ quod ex sequentibus magis patebit.

Apostoli ceteri quidem oves in ovile Christi collegerunt
sed solus Petrus constitutus est pastor ovium et
agnorum, quare hoc? quia rogavi pro te, ut non
deficiat fides tua. et ideo ei praeceptum fuit, ut con-
versus confirmet fratres suos. confirmare autem superior
est, ergo superioritatem habuit super fratres suos.

N. 152. Hinc falsa est illa sequela, quod Episcopi sive Diocesani
eadem potestate gaudeant, quam Apostoli a Christo ac-
ceperunt, quia illis tantum in jure Episcopali non apostolo-
latus succedunt, et potestatem suam non immediate a
Christo, sed ab Ecclesia accipiunt, ut nox videbimus.
hoc igitur fundamento sublato facili erit responsio ad
sua prolensa. ad

sum igitur dico: concesso, quod Episcopi olim suos diaecesanos
ab omnibus peccatis absolverint, et indulgentias et beneficia

contulerint, sed ex qua potestate hoc fecerunt? vi
ordinis? hoc fieri non potest, quia multi sunt Episcopi
ordinati, qui talem potestatem exercere non valent, nam
praeter ordinem requiritur etiam potestas illam exercendi
alias quivis suffraganeus aut Episcopus depositus hoc
jura exercere posset, quod ipsi adversarij negant. unde
ergo Episcopi hanc potestatem habent? à christo? vix
quisquam audebit hoc affirmare. christus quidem instituit
officium Episcopale, sed ut hoc exercari valeat, requiritur
insuper, ut quis ad hoc officium deputetur et instituatur.
hoc institutio autem ab initio Ecclesiae facta fuit per
apostolos, deinde ab eorum successoribus instituta Hier-
archia Ecclesiastica. jam quaero ad
Edum quis instituit hanc Hierarchiam? quis sedes patri- N. 159.
archales, metropolitanas et Episcopales fundavit, et
erexit? in novo testamento et tempore apostolorum
nec verbulum invenies. se ipsas fundare non potuerunt,
quia quivis Episcopus postulaverat aequalitatem cum
clavis: ergo à summis Pontificibus eas fundatas
fuisse oportet, qui cum regimini totius mundi impera-
rent, Patriarchas, et metropolitas in partem solicitu-
dines instituerunt, ut Ecclesia in omnibus ita regatur.
sam si traditio potestatis ab institutione dependet,
et Summi Pontifices institutores sunt, an non etiam
eos ipsos stat huic vel illi majorem vel minorem
potestatem conferre? hoc fecerunt ut experientia docet.
sed si hoc, an non etiam potuerunt potestatem collatam

restringere, et sibi reservare? Papa modo est in Ecclesia quod fuit Moyses in Synagoga. Hic autem Deut. 1. 12. sic ait: "non valeo solus negotia vestra sustinere, "et pondus et jurgia -- sumite de tribubus vestris "viros sapientes et nobiles, et constituam eos principes, tri- "bunos et centuriones, qui doceant vos singula -- quod "si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, "et ego audiam".

Sic praecipiebant Summi Pontifices in Ecclesia fe- cerunt. "in ipsis vero urbibus", ait Stephanus I. Papa, qui ao 257. vixit, in Epistola II. N. 6.: "post Christi ad- "ventum apostoli et successores eorum patriarchas "vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia "salva in omnibus apostolica auctoritate, et majores "causae ad apostolicam sedem sunt referendae". Vide Mansi Tom. 1. Concil. fol. 889. ubi innumera testi- monia pro hac re invenies. Sed

N. 154. opponunt: ergo Episcopi suam potestatem non à Christo sed à summis Pontificibus accipiunt, ergo non sunt prin- cipes et judices Ecclesiae, sed tantum Pontificum locum tenentes, vicarii, delegati? sed quomodo hoc quadrat cum S. Pauli effato act. 20. 28. ubi ait, quod Spiritus S. Episcopos posuerit regere Ecclesiam Dei?

Sp. Episcopalem dignitatem Divinitus et à Christo institu- tam esse ac proin eandem in universum à Pontifice tolli aut omnino abdicari non posse, et sic Episcopos veros esse Ecclesiae principes, et non vicarios Pontificum.

at à potestate ordinis distinguis debet potestas jurisdictionis, quod vi ordinis nondum est completa et proxime exredita ad valide procedendum in actum secundum, quia desunt oves, in quas Episcopus suam jurisdictionem exercere potest. Presbyter vi ordinis accipit potestatem absolvendi à peccatis, sed hoc potestas ligata manet, usqs dum ab Episcopo ad certas oves determinetur. Sic etiam Episcopi potestas est ligata usqs dum ei oves à Summo Pontifice assignentur, qui solus est pastor omnium ovium pasce agnos, pasce oves meas. unde Eucherius in sermone de SS. Petro et Paulo ait: non solum pastorem, sed et pastorum pastorem constituit: pascit igitur Petrus agnos, pascit et oves, pascit filios, pascit et matres. regit subditos, regit et prelatos. omnium pastor est, quia preter agnos et oves in Ecclesia nihil est.

Trid. Sess. 23. cap. 15.

vi ordinis igitur Episcopi accipiunt plenam potestatem Episcopalem, et positi sunt à Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei, sed non plenam et completam accipiunt potestatem jurisdictionis nisi mediante Summo Pontifice.

Posito ergo, quod olim Episcopi diœcesanos ab omnibus peccatis absolvebant, indulgentias conferebant, beneficia conferebant, quod metropolita Electos Episcopos confirmabant, eos transferebant et deponebant: et ut ôc alia simul respondeam: in canonibus disponebant, et pallium Patriarchis Metropolitis dabant, hæc omnia habuerunt ex concessione Summorum Pontificum, hoc ipso quia omnem jurisdictionem ab illis acceperunt, an non poluerunt etiam certis ex causis hanc jurisdictionem concessam

iterum restringere, et adse attrahere? Sane qui concilia antiqua, epistolas summorum Pontificum et Episcoporum legit, innumeras turbationes et etiam depositiones Episcoporum Innocentium invenient, adeo ut summi Pontifices coacti fuerint vnam aut alteram jurisdictionem illis auferre, et sibi reservare, ut pax in Ecclesia conservetur.

Si autem sic se res habet, quo jure Episcopis tringas procipere poterit, ut sua jura antiqua iterum exerceant? an Episcopi suam jurisdictionem à principe acceperé? aut poterit illis procipere, ut Pontificem sua jurisdictione quam tamen à Christo accepit, exuant, et sibi vindicent? obmutescent, qui ita stolidè ratiocinantur. Sed

N. 155. Aiunt: nova est hoc sententia, et in favorem Papae tantum efficta, cum Patres antiqui Papam non majorem cæteris Episcopis æstimârint. Sic enim Cyprianus Epist. 52. ad Antonianum scribit: "ac si minus sufficiens Episcoporum "numerus in africa videbatur, etiam Romam super "hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, "qui et ipse cum plurimis Coepiscopis habito concilio "in eandem nobiscum sententiam pari gravitate "et salubri moderatione consensit." Item S. Hieronymus lib. de Script. Eccles. Cornelium tantum Romanæ urbis Episcopum nominat. at

Quæro ego, an Cyprianus errare non potuit? ipse quoque Stephanum I. in Ep. ad Pompeium magni erroris arguit eò quod in rebaptizationem hæreticorum consentire noluerit, et tamen ejus sententia, postea in concilio Cartha-

ginensi I. cap. j. damnata fuit, ubi Patres dixerunt:
" licitas esse, hanc iterum baptizationes, et fatis esse
" alienum à sincera fide et catholica disciplina re-
" baptizari."
Deinde ex his verbis nullatenus euitur, S. Cyprianum
Pontificem Romanum non ut caput Ecclesiæ agnouisse,
cum contrarium constet in ejus Epistola 22. quam
ad Stephanum I. ex concilio Carthaginensi II. scripsit
his verbis: " multa quidem in concilio prolata atq;
" transacta sunt, sed de eo vel maxime sibi scribendum,
" et cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit,
" quod magis pertineat et ad sacerdotalem auctoritatem
" et ad Ecclesiæ catholicæ unitatem, pariter ad dignitatem
" de divina dispositionis ordinatione venientem." ut
vide Manſi Concil. Tom. j. fol. 922.
Neq; ex verbis S. Hieronymi aliquid statuis potest, cum
hic S. Pater, ut ex scriptis ejus patet, de sacra re nequidem
unquam dubitaverit. et sic est de aliis Patribus, ex
quibus non unum aut alterum pro stabilienda quadam q verbum
sententia desumi debet, sed oportet, ut totus legatur,
ut cum veritate aliquid decidi possit.
Ut autem uno verbo huic litti finem imponam, sic
ratiocinor. Ecclesia est corpus Christi Rom. 12. 5. cuius N. 156.
corporis membra sunt omnes fideles. huius corporis
caput est quidem Christus et Rector eius Principalis,
sed sunt Deus est quidem Rector Principalis totius
mundi, quia tamen mundo invisibilis est, et homines
se tantum à Rectore visibili se regi patiantur, ideo

constituit in mundo Reges et Praesides, qui loco sui homines juxta legem suam gubernant. ita et Christus antequam in coelum rediit, suae Ecclesiae equite visibili providit, tradens Petro claves regni coelorum et potestatem quidquid ligandi atque solvendi, et pastorem eum constituens, ut loco sui pasciat oves et agnos. jam si Petrus est pastor Ecclesiae, et unicus pastor, quia ovile est tantum unum et unus pastor Joan. 10. 16. an non etiam debet habere majorem potestatem quam oves et agni? ratio dictat, quod oves non regant pastorem, sed pastor oves? Christus „ quidem dedit quos„ dam apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero „ Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad „ consummationem sanctorum in opus ministerij, in„ ædificationem corporis Christi „ Ephes. 4. 11. sed si omnes sunt respectu Christi, et consequenter etiam respectu Petri eius vicarij tantum oves et agni, adeoque potestati Petri subditi, si autem subditi, qui possent esse aequales Petro? vel tantum quoad: sunt ne Episcopi membra vel capita Ecclesiae respectu Christi, qui est caput principale Ecclesiae? Rectores quidem sunt Ecclesiae suae particulares sed Christo subordinati, quia ipse est „ Princeps pastorum „ 1. Pet. 5. 4. capita autem Ecclesiae suae propria privata dici non possunt, alias corpus Christi tot capita haberet, quot Episcopos et sic monstrum esset non corpus perfectum, deficeretque unitas fidei, unitas doctrinae et omnis subordinatio. si autem non sunt

capita sed membra à capite regi debent, sicut omne corpus à capite regitur, et hoc non tantum à Christo, sed etiam ab eius vicario, qui personam Christi repraesentat.

Hanc potestatem et ipsi apostoli in Petro jam agnoverunt, unde Theodoritus Episcopus Cyri ad S. Leonem papam ao 449. sic scripsit: „si Paulus praecaritatis tuba spiritus sancti ad magnum Petrum se contulit, ut iis, qui antiochiae de legali conversatione ambigebant, explicationem abinde referret, multo magis nos humiles et pusilli ad Apostolicam sedem vestram accurrimus, ut Ecclesiarum ulceribus remedium à vobis accipiamus, vobis enim primas in omnibus tenere convenit.„ vide Mansi concil. tom. 6. fol. 35.

Imo ipsi Principes catholici hanc potestatem agnoverunt, et patet ex constitutione Valentiniani de ao 445. quae sic sonat: „Imperatores Theodosius et Valentinianus augusti Aetio viro illustri, comiti et magistro utriusque militiae et patricio.

Certum est et nobis et Imperio nostro unicum esse praesidium in superna divinitatis favore, ad quem pro merendum praecipue christiana fides et veneranda nobis religio suffragatur. cum igitur sedis apostolicae primatum S. Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronae, et humana dignitas civitatis, sacro etiam synodi firmavit auctoritas, ne quid praeter auctoritatem

" Sedis idem inlicitum presumptio attentare nitatur,
" Tunc enim demum Ecclesiarum pax ubique servabitur,
" si Rectorem suum agnoscat universitas. -- verum
" ne levis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel
" in aliqua minus religionis disciplina videatur,
" hoc perenni sanctione censemus, ne quid etiam
" Episcopis gallicanis, quam aliarum provinciarum
" contra consuetudinem veterem liceat, sine viri ve-
" nerabilis Papae urbis aeternae auctoritate tentare,
" sed hoc illis omnibus pro lege sit, quidquid sanxit,
" vel sanxerit apostolica Sedis auctoritas: ita ut
" quisquis Episcoporum ad judicium Romani Pontifi-
" cis evocatus venire neglexerit, per moderatorem
" eiusdem provinciae adesse cogatur, per omnia servatis
" quae divi parentes nostri Romanae Ecclesiae constituerunt.
vide Mansi Concil. Tom 5. fol. 1252. Qui ergo libertini
nostri Papae hanc potestatem abnuere poterunt? - ad
N. 157. 5tum: multi ordines ante saeculum 13tum instituti
sunt sine approbatione Papae. SS. Dominicus et Fran-
ciscus primi petierunt.

Ex. hic Libertini nostri suam infitiam iterum pro-
dunt, cum certum sit Gregorium Magnum jam ante
plura saecula Regulam S. Benedicti, et 12. Monasteria
ab eodem fundata in Synodo confirmasse, quodet
alios fundatores fecisse non dubitandum, licet mihi de
eorum certitudine non constet, quia specialis ordo sine
approbatione apostolica in Ecclesia non permittitur. ad

6tum: de votis Papa reservatis antiquitas nihil N. 158.
scivit. an sciunt hoc nostri Libertini? an omnia scripta sunt, quæ antiquitus facta sunt? posset etiam quod de hac re nihil unquam decretum fuerit an propterea Papa non posset quædam vota reservare? an Christus ipsi Petro claves et potestatem ligandi et solvendi tribuit?

ad
7mum Juramentum fidelitatis Episcopi Papa nunquam N. 159
deposuerunt, an hoc verum est? si non Papa factum Metropolitis, et iis, à quibus confirmationem acceperant, profiteretur, quod idem est. et si hoc nunquam factum fuisset, posset et debet Papa hoc juramentum protendere, ut unitas et sua auctoritas conservetur, cum multi Episcopi jam sæpius sua potestati se subducere tentarunt.

ad
8tum. Religiosi à potestate Episcoporum nunquam N. 160.
fuerunt exempti: hoc verum est, sed quis est in causa, cur Pontifices quosdam à potestate Episcoporum exemerit? nonne Episcopi ipsi, qui ut innumera Exempla habemus, res Monasteriorum deprædarunt, et Religiosos et monasteria tractarunt, et ne penitus perearent, Pontifices coacti fuerunt, eos à potestate eximere, et in suam tutelam assumere.

ad
9num annatæ nunquam in usu fuerunt ante seculum 14. N. 161
si Libertini nostri concordata nationis germanicæ ao 1448. recta melius legissent, quam legerunt, in illis invenissent, quod annatæ jam diu antea à sede apostolica petitæ et receptæ fuerint, nam ibi expressè habetur, quod

in posterum annato pro primis fructibus in pecunia
prout in libris camerae apostolicae taxata sunt, fol-
vantur; si verò excessive taxata sunt, justè re-
taxentur. ergo ante concordata jam taxata fuerunt.
de his annatis jam fit mentio in cap. cùm nonnulli.
Extravag. com. de prob. et dig. et cap. fej. de ao 1319. ubi
quoqd dicitur, quod Summus Pontifex pro Ecclesiâ Romana
necessitatibus eas sibi reservabat. Summa etiam, quod
petitio primarum fructuum in diaecesi constantiensi
longè ante annum 1350. de beneficiis vacantibus in
usu fuerit, et nunc est; si ergo Episcopus hos primos
fructus in sua diaecesi exigere potest, cur non et Papa
à beneficiis immediatè sibi subjectis et hoc pro necessitatibus
Ecclesiae Romanae?

ad
jmum beatificatio penes Episcopos semper fuit. quod
tum, si Episcopi etiam aliquos in numerum beatorum
retulerunt, an propterea Papae jus hoc ablatum fuit?
beatificatio est res maximi momenti et quidem multis
fraudibus obnoxia, quae ab Episcopis solis non semper de-
leguntur; an ergo Papa erravit, quod hoc jus sibi solum re-
servârit?

ad
N. 162 IImum jus appellationis in omnibus causis Ecclesiasticis
Papae primis Ecclesiis saeculis fuit denegatum.

Sed unde habent hoc libertini nostri? ex con-
cilio africano ao 386. celebrato? verum est, quod hoc
Concilium appellationem hanc can. 28. et can. 12.
prohibuerit. Sed quare hoc? cum in hoc concilio
versabatur quaestio an Papa ~~[illegible]~~ sit supra con-
cilium vel non? et fundabant se Patres in can. 6.

concilij Nicani, ubi dicitur: „ mos antiquus durat in
„ Aegypto, ut Alexandrinus Episcopus vel Lybia et
„ Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium
habeat potestatem, quoniam quidem et Episcopo Roma-
„ no pariis mos est. „ ex quo Episcopum Romanum
non majoris aestimabant, quam Alexandrinum. Sed
hic canon in melioribus Exemplaribus sic scriptus in-
venitur: „ mos antiquus perdurat in Aegypto vel Lybia
„ et Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omni-
„ um habeat potestatem, quando quidem et Episcopo Ro-
„ mano pariis mos est „ idest quoniam et Romae Pontifici
hoc usitatum est, seu Episcopo Romano consuetudo sit
permittere, ut Episcopus Alexandrinus habeat regimen
Aegypti, Lybiae et Pentapolis. quibus verbis nulla partes
Romani et Alexandrini Patriarchatus invenitur, ut
quidam male interpretati sunt. de qua re optime Ni-
colaus I. in Epistola ad Michaelem Imperatorem, quae
incipit: Ingrosuaramus sic scripsit: „ Nicena Synodus
„ noverat Romanae Ecclesiae omnia Domini sermone con-
„ cessa. si omnia ergo defuit nihil, quod illi non con-
„ cesserit. denique si instituta Nicenae Synodi diligenter
„ inspicientur, invenietur profecto, quia Romanae Ec-
„ clesiae nullum eadem Synodus contulit incrementum,
sed potius ex eius forma, quod Alexandrinae Ecclesiae
tribuerat, particularitet sumpsit exemplum „
Sane si patres concilij Africani etiam statuta concilij
Sardicensis, quod est appendix concilij Nicani, anno 347.
celebrati, legissent, congaliter judicassent, quod can. 4.

sic definiuit: "quod si aliquis Episcopus adjudicatus
"fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam
"habere, ut iterum judicium renovetur, si vobis placuerit,
"S. Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur
"vel ab his, qui examinaverunt, vel etiam ab aliis
"Episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano
"Episcopo. et si judicaverit renovandum esse judicium
"renovetur, et det judices. si autem probaverit talem
"causam, ut ea non verificentur, quæ acta sunt, quæ
"decreverit Romanus Episcopus, confirmata erunt."
vide Mansi concil. Tom. 3. fol. 32.

De hac re sol habemus testimonia, ut nemini ratione
prædito de illa dubitare fas sit. quem etiam latet,
S. Athanasium, S. Chrysostomum et alios Episcopos
à concilijs ad Romanum Pontificem appellasse, an
forsan hi nescierunt, ipsis hoc prohibitum fuisse, si
ista prohibitio vel semel valuisset? hoc jus etiam
non ignoravit ipse Constantinus Imperator, nam
cum sub Melchiade Papa ao 313. Episcopi Africæ inter
se querelas habuissent contra Cæcilianum Carthagi-
nensem Episcopum, et causam ad Constantinum tunc
in Gallia degentem detulissent, ut judicet, ei responsit
"petiti à me in sæculo judicium, cum ego ipse Christi
"judicium expectem." ile Romam ad Melchiadem papam
ut ab illo judicetur. vide Mansi concil. Tom. 2. fol. 433

N. 167. Sed opponunt nostri Libertini: ergo Papa est supra con-
cilia? quis autem hoc defendere poterit, cum concilia

generalia non accipiant firmitatem à confirmatione
Papæ, sed ex se ipsis, quia Papa tantum suffragium unum
habet, sunt ceteri Episcopi, adeoque consentire potest
non confirmare, et si non consentit concilio, potestà
concilio deponi et alter substitui. at
unde habent hi Neoterici Doctores hanc doctrinam?
forsitan ex concilio Constantiensi et Basileensi?
verum esti utrumque Papam concilio subjecit, sed et
rationes, cur hoc fecerit, considerandæ sunt.
Concilium Constantiense quidem à Joanne 23. N:164.
vel ut alij volunt 24. convocatum fuit, sed quia
illo tempore tres anti-Papæ erant, nimirum dictus
Joannes, et Benedictus XIII. et Gregorius XII. et nullus
legitimus Papa erat, adeoque Ecclesia sine capite
erat. Et quia hoc schisma per hoc concilium tolli
deberet, Patres in sessione 4ta et 5ta sic definierunt:
quod ipsa Sancta Synodus in Spiritu Sancto congregata
legitimè generale concilium faciens, Ecclesiam Catho-
licam militantem repræsentans, potestatem à Christo
immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque status vel
dignitatis etsi Papalis existat obedire tenetur in
his quæ pertinent ad fidem et extirpationem dicti
schismatis, et reformationem generalem Ecclesiæ Dei
in capite et in membris. item declarat, quod quicunque
cuiuscunque conditionis, status, dignitatis etiam Papalis,
qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut pro-
cessibus hujus sacri synodi et cuiuscunque alterius con-
cilij generalis legitimè congregati super prænissis, sive

„ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire
„contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigna
„paenitentia subjiciatur, et debitè puniatur.“

Dura est hæc definitio, et ante hoc concilium inaudita. Concedetur quidem, concilium generale tempore schismatis esse supra antipapas, quia ipsum est discutere, an electiones ipsorum sint legitimæ vel non, sed quia hanc potestatem uniuscuiusq; concilio generali adscribit, quasi declarant patres, se non secundum statuta Ecclesiæ, sed ex mera passione hæc definiisse, adeoq; nullius roboris esse.

Et quod circa hæc puncta concilium legitimum non fuisse, patet pro ex hoc: quia decretum hoc abiis solis emanavit, qui erant de obedientia Joannis XIII. iisq; non omnibus; nam ipse antipapa non aderat, utpote post secundam sessionem clam et noctu in habitu peregrino schismaticum fugâ elapsus, ac alii non pauci de eius obedientia, uti et de aliis, quos anteverterunt in definiendo iis, qui aderant, adeoq; hæc non est definitio concilij, sed quorundam patrum tantum. 2do moris est in omnibus conciliis generalibus, ut ea, quæ jam antea in aliis conciliis statuta fuerè, ad apicem observentur. Jam legimus in præfatione Concilij Nicæni, quod semper pro Regula fidei habitum est hæc verba: „quod Ecclesia Romana multis „Synodicis decretis prælata est cæteris Ecclesiis, sed Evan„gelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum ob„tinuit, ubi dixit beato Petro: tu es Petrus &c.

Et in concilio Romano sub Sylvestro Papa celebrato can. 20. sic habetur: „nemo judicabit primam sedem, „quoniam omnes sedes à prima sede justitiam desiderant „temperari, neqs ab Augusto, neqs ab omni Clero, neqs „à Regibus, neqs à populo Judex judicabitur.“

Item concilii œcumenicum Florentinum sic act: „Item „definimus sanctam apostolicam sedem et Romanum Pontificem „in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem „Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, „et verum Christi vicarium, totius qs Ecclesiæ caput, et omnium „christianorum patrem et Doctorem existere, et ipsi in beato „Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam „à Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam „esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum „et in sacris canonibus continetur. Datum Florentiæ in sessione „publica Synodali anno 1439.

Notandum: hoc Concilium Florentinum posterius quidem esse conciliis constantiensi et Basileensi, sed quia utrumqs convenit, sequitur, utrumqs factum quoad hoc punctum fuisse illegitimum.

Jam si dico: si Ecclesia Romana nullis synodicis decretis vocata est caeteris Ecclesiis, sed Evangelica vocesqs si prima sedes à nemine judicatur: si Papa in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro Jesu Christo, et plena potestas tradita fuit, qua veritate hoc concilium definire potuit, quod Papa ei in omnibus obedire teneatur, et si contempserit condigna pœnitentiæ subjiciatur et debitè puniatur?

Quod concilia generalia hanc potestatem immediatè à Christo acceperint, dicitur tantum, sed non probatur.

N. 165.

in toto novo Testamento nec fola invenitur de hac potestate nisi Matth. 18. 20. ubi Christus ait: „ubi sunt „duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in „medio eorum „ qui textus conciliis applicari potest, quibus Christus assistentiam suam promisit. Sed bene notandum si patres in nomine Christi congregati sunt, id est, si de doctrina et fide Christi quæstio agitur, unde et iterum dicit Matth. 10. 19 „ Cum autem tradent „vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, „dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, „non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris „vestri, qui loquitur in vobis.“ neq; una quæstio et definitio debet contradicere alteri, sed secundum Scripturam sacram utraq; decidi debet. Cum igitur Christus ipse Petrum caput suæ Ecclesiæ constituerit, et super ipsum illam fundaverit, quâ auctoritate concilium ipsum sibi subjicere audeat? an non ergo sic sacra Scriptura contradicit? an non sic clare se prodit, non ex ore Spiritus Sancti loquutum fuisse? „ non est Deus Deus dissensionis sed pacis „ 1. Cor. 14. 33.

Item alia concilia generalia supra citata, quæ etiam Spiritu Sancto se congregata fuisse gloriantur, è diametro contrarium docuerunt, quodnam ergo veritatem docuit? unum ex contrariis necessariò debet esse falsum, an priora et posteriora an hoc concilium Constantiense? de veritate priorum et posteriorum nemo unquam dubitavit, bene autem de Constantiensi, saltem quoad hoc punctum, quod nullus Pontificum approbavit, minus practicatum fuit.

Hinc et perhem falsum est, quod addunt, nimirum concilia generalia non accipere firmitatem à confirmatione Papae, sed ex se ipsis, quia Papa tantum unum suffragium habet sicut caeteri Episcopi; nam in primitiva Ecclesia semper credebat, concilia generalia nullum robur habere, nisi confirmationem à summis Pontificibus acceperint. sic concilium Nicenum à Sylvestro Papa confirmationem petiit, et accepit: vide Manfi concil. Tom. 2. fol. 719.

Tenor autem huius confirmationis hic est: „Sylvester Episcopus Sancta et Apostolica sedis urbis Romae dixit: „quod quod in Nicea Bythinia constitutum est ad robur Sancta Matris Ecclesiae Catholicae à Sanctis Sacerdotibus 318. nostro ore confirmamus. omnes qui ausi fuerint dissolvere definitionem Sancti et Magni Concilij, quod quod Nicaen congregatum est, sub praesentia piissimi, et venerandi Principis Constantini Augusti anathematizamus. et dixerunt omnes placet.„ vide concilium Romanum sub Sylvestro habitum.

Julius I. Papa in Ep. authent. 4. quam scripsit ao 342. ad Eusebianorum litteras circa finem sic ait: „cur igitur et in primis de Alexandria civitate nihil nobis scribere voluistis? an ignari estis, hanc consuetudinem esse, ut primum nobis scribatur, ut hinc quod factum est, definiri possit? quapropter si ista hinc huiusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram Ecclesiam referri oportuit.„ ex quibus patet, ut judicia Episcoporum

legitimè exerceantur, inprimis ad Romanum Pontificem scribere oportet, à quo quid definiendum sit, accipiant.

Concilium Sardicense generale aô 347. celebratum pro confirmatione ad Julium Papam ita scripsit: „ hoc est enim optimum et valdè congruentissimum „ esse videbitur, si ad caput, id est Petri apostoli sedem „ de singulis quibusqs provinciis Dominis referant sacer- „ dotes.

Concilium generale constantin. aô 381. habitum à Damaso Papa confirmatum fuit. Marsi Tom. 3 fol. 589.

Concilium 5ti Constantinopol. aô 553. à Vigilio Papa confirmatum fuit. Marsi Tom. 9. fol. 414.

Concilium Lateranense aô 649. à Martino I. confirmatum fuit. Marsi Tom. 10. fol. 1170.

ad quid hic omnes confirmationes recensere? an hic mos non ab exordio Ecclesiæ usqs ad concilium Tridentinum semper observatus fuit? et si hæc concilia confirmatione Papali non indigerent, quare Patres Concilij Constantiensis ipsimet, qui Papam sibi subjicere tentabant, confirmationem à Martino 5to petierunt? an Superior ab inferiore confirmationem petit? an non sibimetipsi contradicunt?

Nec dicant, concilium hoc ideo fecisse, ut et Papa tanquam membrum concilij, actis concilij consentiat, ut in posterum omnis lis de hac re tollatur. Sed

Fallunt. ipse quidem Martinus V. tanquam Cardinalis concilio interfuit, et in sess. 41. Papa electus quatuor

rectimis sessionibus profedit, in quibus tamen nihil de hoc puncto statutum fuit, attamen nihil aliud confirmavit nisi illa decreta, quæ fidei materiam spectabant, et conciliariter edita fuerunt, ut ex eius confirmatione patet. decreta autem sess. 4. et 5. nec ad fidem pertinent, nec fuerunt facta more aliorum conciliorum, quia non previo diligenti examine, nec expectatis aliis patribus concilij, sed eos antevertendo. imò Martinus V. hoc decreta confirmare non potuisset, quia hoc potestas supra concilium non est personalis, sed adhæret sedi apostolicæ.

Ex quibus clarè deducitur, concilia generalia non ex se ipsis firmitatem habere, sed ex confirmatione papæ, quia si hanc firmitatem ex se ipsis haberent, nunquam corrigi aut omninò tolli possent. atqui hoc jam sæpius factum fuit, ut novissimè patet in concilio constantiensi et basileensi, quod utrumque in concilio florentino, lateranensi et tridentino non tantum correctum, sed et contrarium statutum fuit. N. 167.

Fallunt quoque in hoc, quod papa non nisi unum suffragium habeat sicut cæteri episcopi, nam papa non tantum habet suum suffragium, sed et potestatem omnia suffragia episcoporum confirmandi aut rejicendi. ipsius est, pro necessitate ecclesiæ concilia indicare, materias in concilio definiendas proscribere, et definitas confirmare, ad instar beati apostoli, qui in concilio hierosolymitanum non tantum in- N. 168.

dixit, sed et materiam praescripsit Ecce S. Scriptura
act. 1. ubi ait: " in diebus illis exurgens Petrus in
" medio fratrum dixit: viri fratres, oportet impleri
" scripturam, quam praedixit Spiritus Sanctus per os David
" de Juda — qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum, et diffusa sunt
" omnia viscera eius --- oportet ergo ex his viris, qui
" nobiscum sunt congregati in omni tempore ---
" nobiscum fieri unum ex his. et statuerunt duos,
" Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus
" est Justus, et Matthiam. et orantes dixerunt: tu
" Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem
" elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii hujus
" et apostolatus, de quo praevaricatus
" est Judas, ut abiret in locum suum. " quam potestatem non habent caeteri Episcopi nisi quod concilia provincialia et diaecesana, quod jus ipsi canones eis tribuunt, quod praeterea non sunt infallibilia quia juxta circumstantias temporum variari possunt, et à Pontifice ordinariè non confirmantur.

N. 169. Cur autem concilia generalia firmitatem suam à confirmatione Summorum Pontificum primum accipiant, ratio est, quia Christus Luc. 22. 32. soli Petro dixit: " Simon, Simon, ecce Satanas expetivit
" vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi
" pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando
" conversus confirma fratres tuos. " ex quibus verbis infallibilitas Papae clarè demonstratur. sed

N. 170. Ponunt nostri Libertini et dicunt: si quis dixerit

Papam ex cathedra loquentem non esse infallibilem
non licetur probare, quia Homo est sicut alij fallibilij.
deinde unitas essentialis Ecclesiae, seu veritas in dog-
matibus potest conservari sine infallibilitate Papae
quia sua natura non est connexa cum primatu
Papae, sed hoc residet penes consensum omnium
Episcoporum.
Denique infallibilitas Papae repugnat potestati
Hierarchiae Episcoporum et conciliorum generalium,
quia sic Episcopi non haberent suffragium definit-
ivum, sed Papae judicio subijcerentur.
Ad finem retorqueo argumentum: si quis dixerit,
hunc novum professorem aut Lectorem ex cathedra
loquentem esse mendacem, non licetur probare,
Ratio est: quia haec propositio omnis Homo mendax est:
atqui ipse est Homo: ergo mendax. Syllogismus est
in forma, et innegabilis quoad omnia membra.
Si ergo hic professor aut Lector non vult esse men-
dax, necessario inter actionem et actionem distinguere
debet, quod vix poterit, quia ex cathedra hoc loquitur est.
aliter res se habet cum Papa. Papa est Homo, et
ut Homo est fallibilis, prout patet in Petro, qui ter
Magistrum suum negavit. Sed quando loquitur ut
vicarius Christi et ex cathedra Petri, tunc debet esse
infallibilis, alias Christi oratio, ne deficiat fides eius
esset inanis, quia porta inferi prevalerent adversus
eam. nam in hoc casu non ipse Papa quatenus Homo
loquitur, sed Spiritus Sanctus est, qui in ipso loquitur.

N. 171.

ad 2dum quæro, an quia juxta doctrinam huius professoris, infallibilitas consistit in consensu omnium Episcoporum, omnes Episcopi fiunt infallibiles? Sane si omnes essent infallibiles, omnes essent apostoli; qui in toto orbe dispersi eandem doctrinam ~~ubique~~ ubique concilii, ubique Spiritu Sancto inspirati prædicaverunt. quot autem Episcopos noscimus, qui turpissimas hæreses invenerunt, et Ecclesiam conturbârunt? ubi unquam celebratum fuit concilium, in quo non tot fuêre sententiæ et opiniones, quot capita? ergo nullus Episcopus fuit infallibilis. si autem ista infallibilitas consistit tantum in consensu omnium sic argumentor: quoties cunque in concilio dogma fidei definiendum proponitur, toties rationes ex S. Scriptura, traditione et prioribus conciliis pro et contra afferuntur, ex quibus, quæ verissima videtur, hæc eligitur, et Episcopi conviti ei consentire tenentur. jam si hoc, infallibilitas non se tenet ex parte consensûs, sed ex parte veritatis; et consensus omnium nihil aliud confert, quam ut ab omnibus, ~~nul~~ veritas agnoscatur, et observetur. exemplum habemus in aliis conciliis, quæ reprobata fuerunt; nam licet omnes Episcopi in rem definiendam consenserint, tamen res sic definita infallibilis non erat, quia alias reprobari non potuisset, et quare hoc? quia res definita in se vera non erat.

q. mundo

q. vide concilium chalcedonense actione 5ta.

q. quo sola infallibilis est, quia veritas est.

N. 172.

Cum igitur Episcopi in definiendo non sint infallibiles, necessario requiritur, ut res definita sit in-

fallibilis, confirmatio „one" illius, cuius fides non deficit,
et cui christus dixit: quecunq; ligaveris super terram
aut solveris, erit ligatum et solutum et in cœlis.
atq; adeo in dogmatibus non potest conservari sine
infallibilitate Papæ, quia sine confirmatione illius
nullum dogma est infallibile, quo infallibilitas
cum primatu Papæ ita connexa est, ut ab illo separari
non possit, quia à christo Ecclesiæ concessa est, quæ
semper manet, et consequenter etiam illi, qui Ecclesiam
regit. sed

Ponunt: an non etiam Papæ in definiendo er-
raverunt? an non Liberius formulam arianam
fidei subscripsit?

Item vigilius merito erroris et inconstantiæ ac pre-
varicationis reus dicendus est, quod semel suo constituto
tria capitula defenderit et probaverit, et postea
ad concilij constantinopolitani II. et Imperatoris
mentem cedens eadem vicissim, hoc concilium
œcumenicum approbando damnaverit.

Item in concilio III. constantin. Honorius damnatus
est, eo quod Monotheitis faviset.

R. Liberium nunquam hæreticum fuisse. subscripsit
quidem aliquam fidei formulam, in qua verbum
consubstantialis omissum erat, sed propterea hæresim
arianam non defendit, sed fraudem adversus statim
aliam fidei formulam scripsit, qua omnes ab Ecclesiæ
communione arceret, qui filium patri non secundum
substantiam, et per omnia æqualem dicerent.

Quæritur essentialis

N. 173

Subscripsit etiam damnationi Athanasij non ad causam fidei respiciens, sed ad crimina alia, quæ ei falsò objiciebantur, et quæ Liberius non certò sciebat esse falsa. cognita autem falsitate longè aliter sensit.

Quod vigilium spectat, sciendum, quod in hoc concilio et disceptationibus de tribus capitulis nulla fuit quæstio de fide, sed tantum de personis. quæstio autem quæ non erat de fide, sed de personis tantum citra periculum erroris in fide vel aliunde cuiuscunqs criminis pro circumstantiarum varietate affirmari quandoqs, et negari quandoqs poterat, idita exigebat pacis et Ecclesiæ bono, ut in hoc vigilij casu; nam cum in africana occidentali Ecclesia schisma fuisset ortum, ex eo quod Summus Pontifex vigilius ad sententiam Imperatoris hoc tria capitula impugnantis declinasset, huiusmodi schismatis occidentalis Ecclesiæ tollendi gratia opus fuit, et pro deserviare trium capitulorum constitutum ederet vigilius, cuius vi occidentales orientalibus unirentur Ecclesiæ, et vitaretur chalcedonensis concilij contemptus à trium capitulorum impugnatoribus intentus. cum verò post finem huius concilij, schismatis longè majoris imminet periculum, totaqs orientalis ab occidentali separanda metueretur Ecclesia, si concilium istud non approbasset, et à concilio damnata tria capitula non damnasset, ideo hoc in casu, in quo nullum erat fidei nocendi periculum, sed econtra novi

q quod Theodoretum et Ibam authores trium capitulorum iterum in communionem receperat, abjurata prius hæresi

schismatis nova timenda ratio, priorem mutavit
sententiam, et istud concilium approbans, tria
capitula cum concilio damnavit: qua in re nec
erroris nec inconstantiae, nec prevaricationis reus
dicendus, sed de sua prudentia et sapienti oeconomia
laudandus est virginis, in hoc Paulum apostolum
prudenter imitatus, qui quantumvis antea
in concilio Jerosolymitano suum pro abroganda
circumcisione suffragium tulisset, nihilominus sub-
orta circumcidendi causa Timotheum circumcidit
ut legitur act. 16. 3. noviqp scandali emergente periculo
Petro ad tempus ~~sim~~ dissimulanti in faciem restitit.

Quod Honorium attinet, lata est quidem in illo
concilio sententia in Monothelitas omnes et nomi-
natim Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum
imo et in ipsum Honorium, eiusqp ad Sergium litteras,
sed mendose ut notat Binius, et per impostorem
Theodori constantinopolitani episcopi, quem Synodali
judicio de haeresi condemnatum fuisse testatur
Anastasius in vita agathonis, licet nomen eius
nusquam reperiatur in actis concilij. is enim Theodorus, seu Theodorus
cum vitaliani nomen invito Imperatore è sacris
dypticis expunxisset, non tantum episcopatu pri-
vatus, sed etiam praeter haeresim à concilio damnatus
fuit, ei substituto Georgio: sed post obitum Georgij
orthodoxum se esse simulans sequenti anno sedi
suae restitutus est teste Nicephoro in chronico nactus
itaqp exemplar originale concilij ea occasione

ut idem auctoritate Pontificia confirmandam
ad Leonem II. mitteret, suo ubique nomine expuncto,
in odium Romani Pontificis nomen Honorij ubique
substituit, et sic acta concilij in Honorij causa
corrupit. quod ex Epistola Agathonis ad Constanti-
num Pogonatum missa, et in hoc concilio lecta,
laudata et probata, satis constat, in qua Ric Pontifi-
fex ait, nullum praedecessorum suorum et consequenter
etiam Honorium in fide errasse. quo igitur in hoc
puncto contra sumos Pontifices ab haereticis par-
gantur, mera sunt figmenta, lectio et fraudes.

N: 174. ad 5tum, quod Infallibilitas Papae repugnet
Hierarchiae, conciliis generalibus, quia sic Episcopi
non haberent suffragium definitivum, sed Papae
judicio submitterentur.

Sed quaero: quid est Hierarchia? nunquid est ordo,
quo in aliquo statu subordinantur membra suo
capiti, ut unum quodque suo fungatur officio? hoc
Hierarchia in unaquaque diaecesi, in qua inferiores
Prelati, archipresbyteri, archidiaconi, pastores et
Rectores subordinantur Episcopo ceu capiti suo. quia
ergo Episcopus est caput, et potestatem majorem et in
omnes habet, an propterea hoc potestas repugnat
Hierarchiae? non, sed magis conservatur. jam an
non magis prodest, quam obest Hierarchiae universali
Ecclesiae, si caput illius est infallibile? an non sic magis
conservatur unitas essentialis Ecclesiae, quam si Papa
esset fallibilis, cui nullus subordinatus ei certo credere
posset?

Et quomodo hoc infallibilitas concilij generalibus repugnare poterit, cum potius per hanc infallibilitatem res in concilijs definite firmentur? Facè patres aliorum conciliorum generalium longè melius sentiunt, quam libertini nostri. cum in concilio chalcedonensi actione 2da Epistola Leonis Papæ, in qua fides catholica exposita erat, Episcopi omnes clamaverunt: „ hæc patrum fides, hæc apostolorum „ fides. omnes ita credimus. anathema qui ita non credit. Petrus per Leonem locutus est. Apostoli ita „ docuerunt. „ et in actione octava: „ post Deum Leo „ judicavit. „ an ergo hi Episcopi Leonem non ut infallibilem agnoverunt, dum se tam præpte ei, doctrinæ submiserunt? an præterea hoc concilium cessavit esse generale? non, sed à tota Ecclesia ut tale agnitum fuit. sed

q: quæ est decima in numero:

q: Lecta fuisset,

ajunt, ad quid ergo suffragium definitivum Episcoporum, si Papæ judicio subjecti sunt? N. 175.

Rs. suffragium definitivum penes Episcopos semper manet, et est præterea non inutile. jam sic dico: quilibet Episcopus habet suffragium definitivum, an præterea quilibet pro suo libitu aliquid definire potest? ô qualis exinde oriretur confusio! ut autem hæc evitetur, quomodo quilibet suum suffragium dare debet, ut unitas conservetur? modum videmus in concilio chalcedonensi. in actione 5ta committitur quibusdam Episcopis eum vicariis apostolicæ sedis et Anatholio archiepiscopo constantinopolitano, ut definitionem de fide inter

se ordinarent, cui omnes postea assentiri deberent.
et quare hoc? ut propter consensum omnium fiat
definitio universalis, quam nemo amplius negare
potest. consensus ergo omnium facit legem universa-
lem, sive dein veritas praponatur à Papa vel alijs
de concilio, quo veritas non influit in suffragium
sed tantum dat ansam ad assensum. cuet ergo Epis-
copi judicio Papae se subijciant, suffragium nihilominus
ipsis liberum manet, quia non potestas Papae, sed
veritas illos ad assensum cogit.

N. 176 Ex hac re male intellecta pessimè deducunt nostri
libertini, quod Regimen Ecclesiae non sit perfectè mon-
archicum, quia Episcopi sunt aequo jure vicarij Christi
sicut Papa; nam falsum est, quod Episcopi aequo jure
cum Papa sint vicarij Christi. Episcopi potestas legata
est ad suam diocesin, ubi econtra potestas Papae se
extendit super totam Ecclesiam, quia non una, pro-
vincia, sed tota Ecclesia super Petrum fundata fuit
ergo aequo jure cum Papa? verum est, Episcopos vi
ordinis et ex institutione Christi exercere suam potesta-
tem in suis Ecclesijs, sed propterea Regimen Ecclesiae non
cessat esse monarchicum. nam sic dico. Regimen mo-
narchicum consistit in hoc, quod totum Regnum regatur
ab uno plenitudinem potestatis habente, et independenter
ab alijs: jam Christus est Rector Ecclesiae cum pleni-
tudine potestatis independenter ab alio: ergo ipsius Regimen
est monarchicum. hoc argumentum nemo negare
potest. Nec obest, quod Christus hoc regimen exerceat
per vicarium, quia ipse semper manet caput et Rector

primarius Ecclesiæ, sicut Rex qui ad tempus vicem Regem pro se constituit, semper manet Rex et Rector primarius. Dein Christus suo vicario Regimen Ecclesiæ ita concrediti, ut ipse pro tempore illam regeret, sed secundum præcepta et leges suas, et semper dependenter ab ipso, quia ipse est, qui non tantum Ecclesiam, sed et Ecclesiæ Rectorem regit et regere debet, consequenter ipse semper manet Rector primarius. nec obstet iterum quod Episcopi à Spiritu Sancto potestatem regendi acquirant sicut Papa à Christo, nam magna distinctio intercedit inter Papam et Episcopos. Papa accipit suam potestatem cum plenitudine potestatis: quidquid ligaveris aut solveris &c. Episcopi dependenter à Papa, quia licet habeant potestatem regendi, tamen regere non possunt sine jurisdictione actuali, quam primùm à Papa acquirere debent, quod perfectè Monarchiæ non officit quia saltem quoad jurisdictionem ei subjecti sunt.

Dein ipsi adversarij volendum regimen Ecclesiæ esse Hierarchicum, quod sanè subsistere non potest sine Monarchia: nam in qualibet Hierarchia debet esse subordinatio: hæc subordinatio autem necessariò requirit Superiorem, cui omnia subordinantur: cui autem omnia subordinantur, ille debet esse Rector universorum, consequenter et Monarcha, nam si sibi æqualem haberet, non esset Rector universalis.

Sanè quo Recursus diximus, ita perspicua et clara sunt, ut Libertini nostri ne minimam probam pro stabilienda sua sententia ex concilio Constantiensi deducere valeant. videamus ergo etiam Basileense.

q non

N. 177.

Cum in constantiensi concilio Sess. 39. decretum esset, ut Papa post finem concilio quinquennio convocaretur aliud, et post illud finito septennio in decennium generale haberetur concilium, designaretur que in fine aliarum proxime futuri concilij locus: Summus Pontifex Martinus V. qui Constantiensi praeerat concilio de conveniendarum conscriptu proxime futurum Papia celebrandum indixit aliarum, debitoque tempore hoc est a° 1423. praelatos, qui illud inchoarent, misit Sedis apostolicae Nuntios, sed cum Papia pestis grassaretur, placuit Pontifici concilium transferre Senas, ubi prima habita est Sessio, in qua Wiclefitarum et Hussitarum haereses confirmata damnatio, capitaque deinde de graecorum cum latinis unione tractari, nisi quod Constantinopolim ad Patriarcham et Imperatorem a Martino V. nuntij. verum cum intempestivum esse hac de re tractatum respondisset Imperator, nihil conclusum, ut solum rem non deferendam, sed in tempus aliud reservandam decretum est, actumque postea de reformandis Ecclesiae moribus, et tandem ob exiguum praelatorum numerum et ingruentes undique bellorum procellas, sed maxime metu Alfonsi aragonia Regis aliorumque nonnullorum schisma renovare conantium, Senense concilium dissolvit Martinus, aliudque septennio post, ex con-

stantiensi decreto, Basileae celebrandum indixit, et re ipsa à Senensis concilij fine expleto septennio Julianum cesarinum cardinalem Diaconum S. Angeli Legatum à latere misit, et Basileensis concilij proximè futuri praesidem instituit. interim mortuus est Martinus V. et ei suffectus est Eugenius IV. qui concilij indictionem ratam habuit, et ut eodem Juliano Legato praeside celebraretur edixit ao 1431.

Eumque jam ex universo orbe Latino ingens patrum multitudo Basileam indies confluerent, jamque inchoata Synodus sub specie reformandi Ecclesiae, fidelium mores, statim sess. 2. et 3. coperunt praeque Ecclesiae Romanae privilegia abolere, innovaeuntque constantiensis concilij decreta, de concilij oecumenici potestate à christo immediatè data, eiusque supra papam auctoritate. audiens hoc Eugenius IV. Legatum suum revocare et concilium dissolvere decrevit, aliudque post annum cum dimidio Bononiae celebrandum indixit, ea potissimum de causa, quod in eundo graecorum cum latinis unionis à graecis electa commodior videretur Bononia quam Basilea. huic decreto fortiter restitere patres concilij Basileensis, asserentes concilium legitimè congregatum à nullo quavis auctoritate etiamsi papali fulgeat dignitate, posse dissolvi et alio transferri nisi volens.

Diu multumque hoc in abscidio perseveratum est, donec tertio altercationis anno hoc est ao 1434. dum haberetur concilij sessio 18. allaborantibus ~~Regis~~ Sigismundi Imperatoris et Caroli VII. Francorum Regis

q Legatis

Eugenius IV. suum decretum revocavit, et concilium Basileae continuandum permisit.

His ita compositis et vicissim utrinque recisis decretis dum Basileae concilium continuaretur et sessio 25. haberetur, aliud inter ipsos concilij patres orbem est disputatum circa futuri concilij locum pro ineunda cum graecis unione. Legati pontificij cum multis episcopis elegerunt Florentiam aut utinam, alij Basileam, vel avenionem vel Sabaudiam. Eugenius priori parti adhesit, et cum consilio cardinalium archiepiscoporum et episcoporum Basileense concilium Ferrariam et postea Florentiam transtulit. ex quo irritati patres Basileenses Eugenium papatu deposuêre, et amaddum à Sabaudia sub nomine Felicis V. ex Eremita in papam elegerunt, et sub praesidio huius antipapae Basileae concilium continuârunt, dum interim Eugenius IV. concilio Ferrariae et postea Florentiae profecit. hoc schisma duravit usque ad annum 1442. ubi Felix antipapa ad pacem Ecclesiae dandam pontè se suo abdicavit antipapatu.

Licet ergo concilium Basileense posteius dissolutionem asserit esse oecumenicum, nihilominus patres sess. 32. damnârunt concilium Ferrariense cum ipso Eugenio, et has tres propositiones tanquam fidei veritates definierunt.

1. quod concilium generale universalem repraesentans Ecclesiam sit supra papam et quemlibet alterum.

2. quod papa non possit concilium legitimè congre-

7 praeter pessum

gatum sine eius consensu dissolvere, vel ad tempus aliud prorogare, vel de loco in locum transferre. 3. qui has propositiones pertinaciter impugnat hereticus est.

Nunc duo habemus concilia generalia simul, nimirum Basileense et Florentinum. quodnam ex illis est legitimum? Basileense sane non, nam licet sit legitime congregatum, quia tamen patres à sacro concilij nimirum reformandi mores fidelium statim ab initio recuserunt, et solumodo intenti erant, Romanum pontificem sua auctoritate privare et decretis suis subijcere, quo materia ad concilium non pertinebat, cum in alijs prioribus concilijs jam definita fuerit, sequitur illud non spiritu sancto fuisse congregatum, sed ex mero odio et passione contra papam, et sic legitimum non fuisse. patet hoc ex tribus supra positis propositionibus, quo non tantum pugnant contra definitionem aliorum conciliorum, sed etiam rationem. nam quoad 1ma quomodo potest concilium generale universalem Ecclesiam repraesentare si desit caput? an membra regentur à capite, vel caput à membris? aut quod corpus est perfectum sine capite? quod autem papa cum caput defuerit, patet ex hoc quia concilium dissolvit, et eius definitionibus nunquam assensit. imò plures patres è concilio discesserunt, et seraviam se contulerunt, et sui et si concilio non conferserunt.

Quoad 2dam est communis regula, quod qui legem statuit, illam ab ipso iterum posse revocari. si ergo Papa habet jus indicendi concilium, quare non etiam iterum ipsum poterit dissolvere, presertim si causæ prægnantes adsunt, vel hic factum?

Quoad 3tiam sequitur contrarium, quod ille sit hæreticus, qui Res propositiones defendit, quia ex Scriptura sacra certum est, Papam esse visibile caput Ecclesiæ consequenter etiam supra omnes alios Episcopos, excepto casu, si Papa ipse fieret hæreticus, nam sic ipso facto cessaret esse vicarius christi.

N. 178. Manet ergo concilium Florentinum concilium œcumenicum, quia non tantum legitimè fuit congregatum, sed etiam presente utraq; Ecclesia græca et latina et ipso Imperatore orientis Joanne Paleologo, universalem Ecclesiam repræsentabat, cuiq; ipse Papa Eugenius IV. præfuit, et unio utriusq; Ecclesiæ ad optatum terminum pro tunc facta pervenit.

Quia autem et in hoc Concilio inter quæstiones primarias hoc erat, an Papa sit supra concilium, seu quod idem est, an Papa habeat primatum super omnes alios Episcopos, et sic ut supra ostendi, definitum erat, cui definitioni postea et Concilium Tridentinum sess. 25. de Reform. cap. 21. accessit, ubi ait: „postremò „S. Synodus omnia et singula sub quibuscunq; clausulis „et verbis, quæ de morum reformatione atq; Ecclesi„astica disciplina tam sub felic. Record. Paulo III. ac „Julio III. quam sub Beatissimo Pio IV. Pontificibus

„ Maximis: hoc à sacro concilio statuta sunt, declarat,
„ ita decreta fuisse, ut in his salva semper auctoritas
„ sedis apostolicæ et sit, et esse intelligatur.„ sequitur
nec sane, Libertinos nostros nullam prorsus ex
concilio Basileensi pro sua sententia deducere posse.

Ut autem hæc vera et certa sint, propterea tamen N. 179.
eis fapita non fuit. Episcopi concilij Basileensis
fortiter persistebant in sua sententia, qui et à Prin-
cipibus Laicis multis fulciebantur, quibus alias auc-
toritas summi Pontificis spina in oculis est. et opportuna
ad hoc se offerebat occasio. juxta decretum concilij
constantiensis post decennium ab ultimo concilio,
novum concilium celebrari deberet. instabant aliqui
sodalitates quod Julium II. nuper in Pontificem summum electum
ut novum concilium indiceret. tardabat hic quia vel
non valebat, vel non volebat, hinc Bernardinus de
Carvajal Hispanus et Federicus de S. Severino Ecclesiæ
Romanæ cardinales cum quibusdam alijs cardinalibus
venerunt Pisas deinde Mediolanum, et contra vo-
luntatem et auctoritatem Summi Pontificis vocaverunt
Episcopos et christianos Principes ad generale concilium
in predictis locis indictum, ubi eadem decreta concilij
constantiensis et Basileensis, quod concilium sit supra
papam, de novo confirmarunt. erat hoc confirmatio
Carolo VII. gallorum Regi augustissima, qui antea jam
in concilio Bituricensi ao 1438. pragmaticam Sanctionem
edidit, ut [: ajebat :] gallicis regni bono consuleret, et
varia ab eo incommoda removeret, cuius primus articulus

sic sonabat: „ut auferret Basileensis concilij de-
„creta de auctoritate concilij generalis."
Hoc ut revocaretur pragmatica sanctio diu multum-
que rogarunt Summi Pontifices sed frustra: diu
multumque restitere rogati Christianissimi Reges,
donec tandem post obitum Caroli VII. eiusque successorum
Ludovici XI. Caroli VIII. et Ludovici XII. hoc dispensio
sopita fuit per inita concordata inter Leonem X.
Rom. Pont. et Franciscum gallie Regem ao 1516.
Non tardavit etiam Julius II. conciliabolo Pisano
aliud concilium in Lateranensi congregatum opponere,
in quo tam pragmatica sanctio, quam alia acta et
gesta conciliabuli rescissa sunt sub Leone X. Julius
enim sub sta sessione mortuus est, quo damnatio
super dictos cardinales ita exterruit, ut in simplici
habitu clericali ad pedes Summi Pontificis prostrati
veniam petierint, eamque post solemnem schismatis
abjurationem obtinuerint. et quia idem hic Leo
sub hoc tempus concordatum gallicum cum Francisco
Rege ~~creavit~~ Erexit, in Sess. 11. 19. Dec. 1516. publicata
fuit pragmatice sanctionis abrogatio, eiusque in locum
inita concentio, sanctumque est Romanum Pontifi-
cem pro tempore existentem, tanquam auctoritatem
super omnia concilia habentem, conciliorum indi-
cendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenam
jus et potestatem habere. et sic tota auctoritas con-
cilij Basileensis destructa fuit. vide hanc constitutio-
nem l. Sess. Decret. lib 3. tit. 7. c. 1. Pastor aeternus. ad

q de novo prout jam in Synodo Nicena II. ao 781. act. 6. jam statutum fuit.

12mus quod Papa in cæterorum Episcoporum diœcesi non nisi mediata jurisdictio concessa sit, libenter responderem, si expressè dicerent, quid per illam mediatam jurisdictionem intelligant. Faciem Papa eandem jurisdictionem concedent, quam habent Metropolitani in suos suffraganeos, quia et jurisdictio horum à Papa dependet. N. 180

ad 13tum Quod Pontifex jura adventitia obtinere non potuerit nisi hac conditione hac expressa vel tacita apposita, ut restituantur, quando salus Ecclesiæ id postulaverit, et ideo illa eo ipso invito iterum possunt auferri, quia et ipsi Episcopi illa ei concedere non potuerunt, cùm sint jura Ecclesiæ non personæ. N. 181

Quantum arbitror, libertini nostri sub juribus adventitiis intelligunt omnia jura, de quibus hucusque locuti sumus. Sed affirmant hic aliquid, quod sane non intelligunt. unde habent Ecclesiæ Episcopales, sua jura et privilegia? unde vera Ecclesia majora jura et privilegia quam altera? non ex se ipsis, quia nulla Ecclesia se ipsam fundavit. non etiam à Christo, quia proles Ecclesiam Petri nullam aliam fundavit hac ipso, quia cæteræ omnes membra huius sunt, et suam fundationem ex hac accipiunt. non etiam ab Apostolis, qui quidem quasdam Ecclesias fundârunt, earumque successoribus potestatem ad regimen Ecclesiæ necessariam concesserunt, sed quoad jura hæc adventitia nihil statuerunt. nam si omnes Ecclesiæ quoad jurisdictionem essent æquales, ubi esset hierarchia? ubi corpus Christi

si omnes Ecclesiæ essent capita, et nullo membra?
Sequitur ergò necessariò omnes Ecclesias hoc jura
à Sede apostolica accipere, ut nemo negare possit,
consequenter hoc jura respectu S. Pontificis non sunt
adventitia sed propria, et adventitia solum respectu
aliarum Ecclesiarum, quia non à se sed aliunde ac-
cepserunt, et sic totum argumentum corruit.

N. 102. 14tum quod in causis Ecclesiasticis meritò Episcopis
plus credendum quam Papæ non mereatur aliquam
responsionem, quia hoc propositio plus supponit quam
probat. hinc ad punctum 5tum ipsum respondeo:
quomodo Princeps licitè agit, si Episcopis præcipit ut
sua jura antiqua iterum exerceant? an Episcopi hoc
jura antiquitus à Principibus obtinuerunt? si autem
non obtinuerunt, quid illis Princeps præcipere habet?
si hoc jura à solo Papa dependent, et sine ipsius con-
sensu exerceri non possunt, irrita et nulla erunt om-
nia, quæ Episcopi ex præcepto Principis facient, quia
Princeps hisce juribus nullam validitatem dare potest.

N. 103. punctum 6tum Princeps in suo Territorio potest
novos Episcopatus, primates erigere. Id est, facere
possunt, ut pro necessitate populi novi Episcopatus
erigantur, sed instituere non possunt, quia hoc per-
tinet ad potestatem Ecclesiasticam. non Egimus hanc
potestatem unquam Principibus concessam fuisse, bene
tamen quod Apostoli et successores eorum et postea
q. apostoli enim Summi Pontifices novos Episcopatus erexerint et institu-
non sint missi? erint, unde ergo hodierni Principes hoc jus acceperunt?
Principum sed Dei.

N. 184.

Punctum 7mum. Immunitas Ecclesiastica personalis
Tota ex privilegio Principum oritur, cuius constantinus
Magnus primus erat, quia nec ex Scriptura, nec aliunde
probari potest.

R. Quia Libertini nostri sine omni scientia ex
mera phantasia fabulantur, ideo omnes homines sunt
visi sunt, idiotas credunt. originem immunitatis Eccles-
asticae ex lege Moysis, ex Evangelio et sive civili jam
supra N. 143. et 144. probavi, quare huc tantum pauca
adhuc adjicio.

Verum est, quod Constantinus Magnus primus fuerit
qui lege civili immunitatem personalem approbavit.
sed ex qua causa hoc fecit? an ex mera indulgentia
et potestate caesarea? nil minus. Constantinus primus
Imperator christianus fuit, at quam primum christum
ut Deum agnovit, agnovit etiam Sacerdotes christianos
ut suos ministros. agnovit etiam illorum potestatem
super omnem potestatem humanam, et sublimitatem
illorum officiorum, ex quo concluditur, se nullam
potestatem in illos habere, sed ministros ipsius Dei esse.
audiamus ipsius propria verba, quae in Concilio Nicaeno
ad Episcopos edixerat: „ Deus vos constituit Sacerdotes,
et ajebat: „ et potestatem vobis dedit de nobis quoque
„ judicandi, ideo nos à vobis recte judicamur, vos autem
„ non potestis ab hominibus judicari -- vos enim nobis
„ à Deo dati estis Dij: conveniens non est, ut homo judicet
„ Deos. „ nam immunitas personalis non provenit à libero
arbitrio Principis aut potestate terrena, sed ex officio
ministri: sicut si Rex aliquem ministrum constituit,

propter ministerium personam Regis repraesentat, et immunitatem et honorem accipit, et qui ipsum spernit ipsum Regem spernit: sic à pari de ministris Christi dicendum, unde et S. Paulus 1. Cor. 4. 1. de se ait: „Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.“ et Christus ait Luc. 10. 16. „qui vos spernit, me spernit, et qui me spernit, spernit eum, qui misit me.“ Constantinus igitur non erat primus qui immunitatem personalem concessit, sed qui eam lege civili primus publicavit, ut à suis subditis observetur, quod à praedecessoribus suis utpote gentilibus, et Deum verum non agnoscentibus, neque eius ministros aestimantibus non fuit observatum.

N. 185. Nec obest, quod communiter hic objiciunt libertini, quod Christus ipse Matth. 17. 26. didrachma solverit, et sic se non immunem pro sua persona credideri; nam cum ab ipso tributum petebatur, ait ad Petrum: „quid tibi videtur Simon? Reges terrae à quibus accipient tributum vel censum à filiis suis an ab alienis? et Petrus dixisset, ab alienis, statim Jesus respondit: ergo liberi sunt filij. si ergo liberi sunt filij: subintelligitur: quanto magis ego, qui Regis Regum naturalis filius sum, cum mea familia, nempe meis apostolis immunis ero ab omni tributo? „ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum, et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore eius invenies stateram: illum sumens da eis pro me et te.“ itaque quia Christus quis esset, declarare voluit, non ex obligatione, sed scandali vitandi causa tributum solvit

Christus non tanti æstimabat Reges terræ, ut se ipsum
eis subjiceret. cum contemptu loquebatur de Math. 11. 8.
de eorum pompa et voluptatibus. Luc. 10. 32. vocat Hero-
dem vulpem. et cum in passione sua quidem auxi-
retur Luc. 23. 9. non dignatus est ei vel ad verbulum
respondere. et cum Joan. 19. 10 Pilatus ei dixisset: „mihi
„non loqueris? nescis, quia potestatem habeo crucifigere
„te, et potestatem habeo dimittere te? respondit ei: non
„haberes in me potestatem ullam, nisi tibi datum esset
„desuper.“ ideo omne quod fecit, fecit, „ut impleantur
„scripturæ“ Math. 26. 54. et perficiat opus redemptionis
nostræ.

N. 186.

Nusquam etiam legimus, quod Ecclesiam suam comen-
daverit Principibus terræ, sed solum Patri suo cæleſti.
ait enim Joan. 17. 11. „jam non sum in mundo, et hi in
„mundo sunt, et ego ad te venio. Pater Sancte, serva
„eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum
„sicut et nos. — non rogo, ut tollas eos de mundo, sed
„ut serves eos de malo. — non pro eis autem rogo tantum,
sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.“

N. 187.

Neque Ecclesia unquam Principibus in acceptis retulit
sua privilegia, ut patet ex decretis antiquis imo et
canonibus conciliorum, sed ea semper statuit juxta
ordinationem divinam et traditionem apostolicam, ex
quibus omnibus unicum solum locum ex Concilio Triden-
tino Sess. 25. de Reform. cap. 20. huc appono, ubi sic lo-
quitur: „cupiens S. Synodus Ecclesiasticam disciplinam
„christiano populo non solum restitui, sed etiam per-
„petuo sartam tectam à quibscunq; impedimentis con-
„servari, præter ea, quæ de Ecclesiasticis personis constituit,

N. 188.

q. sum omnium Pontificum

„ saeculares quoqs Principes officij sui admonendos
„ esse censuit; confidens eos ut catholicos, quos Deus
„ sancto fidei, Ecclesiaqs protectores esse voluit, jus
„ suum Ecclesiae restituri, non tantum esse concessuros,
„ sed etiam subditos suos omnes ad debitam erga clerum,
„ sacrorum, et superiores ordines reverentiam revoca-
„ turos, nec permissuros, ut officiales, aut inferiores
„ magistratus Ecclesiae et personarum Ecclesiasticarum
„ immunitatem Dei ordinatione et canonicis sancti-
„ onibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu
„ in consideratione aliqua violent, sed una cum ipsis
„ Principibus debitam sacris sumorum pontificum
„ et conciliorum constitutionibus observantiam
„ praestent. decerni itaqs et praecipit sacros canones
„ et concilia generalia omnia nec non alias quasto-
„ licas sanctiones in favorem Ecclesiasticarum per-
„ sonarum, libertatis Ecclesiasticae, et contra eius
„ violatores editas, quae omnia, presenti etiam decreto
„ innovat, exacte ab omnibus observari debere SS.

N. 188. Verum est, Principes saeculares etiam leges circa
immunitatem Ecclesiasticam sancire, sed non quasi ipsi
inventores huius immunitatis fuissent, sed tantum
confirmatores eiusdem, et à populo magis observetur,
quod ex sequentibus legibus clare patet.
C. lib. j. tit. 2. de SS. Ecclesiis Honorius et Theodosius
cap. 4. ita loquuntur: „ omni innovatione cessante
„ vetustatem et canones pristinos Ecclesiasticos, qui
„ usqs nunc tenuerunt, etiam per omnes Illiricos pro-

„vincias servari precipimus.
Valent. et Marcianus ibi c. 12. ita statuerunt:
„Privilegia, quæ generalibus constitutionibus uni-
„versis sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ religionis
„retro Principes profitebantur, firma et inlibata in
„perpetuum decernimus custodiri. omnes fanè prag-
„maticas sanctiones, quæ contra canones Ecclesiasticos
„inter vestra gratia vel ambitionis elicita sunt, robore
„suo et firmitate vacuatas esse precipimus.“
Fridericus Imperator ibi sic ait: „casta et irrita esse
„denunciari per totam Italiam precipimus omnia sta-
„tuta et consuetudines contra libertatem Ecclesiæ
„eiusqp personas, inductas adversus canonicas et im-
„periales sanctiones, et ea de capitularibus penitus
„aboleri mandat nova constitutio, et de cætero similia
„attentata ipso jure nulla esse decernit.“
Ex quibus videmus, Imperatores Christianos semper
in suis legibus canones imitatos fuisse. „quotiesenim
p. ait Justinianus in constitutione contra Anthimum
Menna Patriarcha missa vide Mansi Concil. tom. 8.
fol. 1149. :/„ Sacerdotum sententia quosdam indignos
„sacerdotio de sacris sedibus deposuit — toties Imperium
„eiusdem sententiæ et ordinationis cum sacerdotum
„auctoritate fuit: sicqp divina et humana pariter
„concurrentia unam consonantiam rectis sententiis
„fecère.“
Non negamus Tyrannos quosdam fuisse, qui immuni-
tatem Ecclesiasticam tollere tentarunt, sed probari

prius debet, quo jure hoc fecerint, quia factum iniquum non facit jus.

N. 189 Punctum 8tum jure suo agit Princeps, si personas Ecclesiasticas in omnibus causis Magistratui civili tam in civilibus quam criminalibus judicandas et puniendas subjicit, et etiam si quas sibi ad servitia civilia compellat.

Unde Princeps habet hoc jus? qualem potestatem habet Princeps in Ministros alterius Principis? antequam quis Princeps jus aliquod in alium exerceat, opus est, ut hic jurisdictioni eius subditus sit, alias impune ei non paretur. Jam certum est, personas Ecclesiasticas nulli Principi saeculari subditas esse, quia Ministri Dei sunt, ut saepius jam dixi, in quos nullam jurisdictionem habet.

Sane qui hanc rem penitius scrutatur, deberet dicere, quod aut Principes in primis Ecclesiae saeculis fuerint idiota, et homines nihil scientes, aut et libertinos nostros solos sapientes, aut nos esse scriptores impudentissimos, homines sine deo et religione viventes, et Principes antiquos veros fuisse catholicos christianos, quia illorum leges et statuta huic novae doctrinae è diametro contradicunt.

Theodosius Imperator C. eb. j. d. 3. c. 7. ait: "nec honore "nec legibus Episcopus ad testimonium dicendum fla- "gitetur. item dicit: Episcopum ad testimonium di- "cendum admiti non decet, nam et persona oneratur,

„ et dignitas sacerdotis exempta confunditur.
Valent. Valens et gratianus aaa. ibi c. 6. dicunt:
„ presbyteros, diaconos atqs Exorcistas et Lectores
„ ostiarios et acolythos etiam personalium munerum
„ expertes esse pronuntiamus.
Et valentinianus III. in Cod. Theodos. de Episc. Eccles.
et clericis L. 47. c. 2. statuit: „ clericos etiam, quos
„ indiscriminatim ad seculares judices debere de-
„ ferri insaniens presumptor, Joannes Tyrannus, qui
„ Honorio defuncto regnum invaserat, edixerat,
„ Episcopali audientiæ reservamus, his manentibus,
„ quæ circa eos sancit antiquitas. fas enim non est
„ ut divini muneris ministri temporalium potestatum
„ subdantur arbitrio. „ vide Marsi Concil. Tom. 4.
fol. 529.
Hi nimirum principes obligationem suam
erga deum melius servarent quam nostri Libertini,
admonente eos S. Scriptura: „ fili in tota anima
„ tua time dominum, et sacerdotes eius sanctifica
Eccli. 7. 31. „ Labia enim sacerdotis custodient scientiam,
„ et legem requirent ex ore eius, quia angelus domini
„ exercituum est. „ Malach. 2. 7.
Punctum gravi. asylum non Episcopi, sed soli principes jure proprio possunt concedere, jura enim majestatica utpote ab imperio civili inseparabilia propria auctoritate nemo nisi solus princeps exercere potest: sed jus concedendi asylum est jus majestaticum: ergo p. N. 190.

adhuc syllogismum distinguo minorem: jus concedendi asylum pertinet ad jus majestaticum Dei concedo: Principum secularium nego. nam hi non habent jus Majestaticum sed solus Deus, qui est Rector naturalis totius mundi, et isti sunt tantumodo ministri eius, ut alibi jam probavi. dein quis est auctor asyli? Principes vel Deus? non illi sed Deus, qui primus Moysi Deut. 4. 41. praecepit, ut constituat civitates confugij, et praequè hoc privilegium habebat Tabernaculum et aetare, prout Exemplum habemus in adonia 3. Reg. 1. 50. in Joab 3. Reg. 2. 28. et alius. sed

Reponunt: criminosus aut de crimine suspectus est sub potestate Principis, consequenter sine ejus licentia non potest asylum quaerere, et sic in Principis potestate est asylum concedere.

Hic sanè iterum sine ratione ratiocinantur nostri libertini, nam quis unquam audivit, quod Principes ipsi criminosis concesserint asylum, cum statim post fugam illum repetent ex Ecclesia? aut criminosus dum fugit, fugit cum voluntate Principis? nemo sanè hoc dixerit. est quidem sub potestate Principis quandiu sub potestate eius manet: si autem fugit in Ecclesiam non amplius est sub potestate eius, sed alterius, et sic nullam amplius jurisdictionem in eum habet, nisi extradatur. Ex quibus clarè patet, asylum ortum non habere ex concessione Principis, sed ex ordinatione Dei, qui suas domos liberas esse vult.

Sic sanxerunt Theodosius et Valentinianus, dum ao 435. Cod. Theodos. l. 9. tit. 43. hoc edictum fecerunt: „Jam si statuo complexus praeter regiam majestatem ~~tantum~~ praesidij miseris conciliat, quantum opis illis debet esse paratum, qui salutis causa ad SS. altaria confugiunt? paleant proinde sceleris magni Dei templa, supplices fugientes communis sustinent ara, nec ulla veluti superior cominatio divinum auxilium, quod omnibus ex aequo se se offert, ab eius aedibus praepulsare.“ vide Mansi Concil. Tom. 5. fol. 438.

Si ergo jus asyli se tenet ex parte Ecclesiae vel loci Deo dicati et hoc praeter Deum, an non potius Episcopis ut Rectoribus Ecclesiae hoc jus competit quam Principibus? nam licet Ecclesiae in territorio Principum sitae sint, non sunt tamen de eius territorio, quia Deo sanctificatae sunt, unde et ab initio Ecclesiae superiores Ecclesiastici de hoc jure disposuerunt.

Quoadum 10mum. proscriptioni juris Principum opponere eo minus licet, quo certius est, contra jura Majestatica nullam valere proscriptionem, quia ab Imperio civili sunt inseparabilia, unde vera est propositio Lutheri: Si Imperator vel Princeps libertatem datam personis vel rebus Ecclesiasticis tollit, non potest id facere sine impietate et sine peccato. N. 191

Tandem aliquando nostri libertini se ipsos produnt cuius magistri doctrinam sequantur, nempe magni doctoris Lutheri, cui etiam tam mordaciter adhaerent, ut dum hoc propositio à Sorbonna damnata fuit,

respondetur, Lutherum hic tam bene potuisse veritatem dicere, quam Sorbonnam eam damnando errare. ergo hoc propositio in oculis eorum vera est. jam videamus an vera sit.

Imprimis negatur suppositum, quod tam personæ quam res Ecclesiasticæ suam libertatem principibus debeant; nam personæ à potestate laicali liberantur per ministerium divinum, ut jam supra ostendi, et res Ecclesiasticæ per oblationem Deo factam. sic enim Christus ait Math. 23. 17. „ templum sanctificat aurum. et „ altare sanctificat donum. „ jam si aurum, quod infertur in templum, per templum sanctificatur, et donum, quod altari imponitur, sanctificatur per altare, sic aurum et donum sanctificatum nil amplius quid commune „ habent, sed sunt res Dei, ergo libertatem non à principibus sed ab ipso Deo accipiunt.

Posito autem quod et ipsi principes hanc libertatem suis legibus confirmârint, an propterea ipsis liberum erit, eam iterum tollere? Justinianus Instit. l. 1. tit. 2. §. 6. ait: „ sed et quod principi placuit, legis habet „ vigorem -- quodcunque ergo Imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, legem „ esse constat. „ ergo juxta hoc effatum concessio libertatis est lex? an igitur princeps pro lubitu hanc legem iterum tollere potest? per hanc legem acquirunt clerus jus ad immunitatem, an ergo tollendo hoc jus princeps non ageret contra justitiam? utique, „ quia justitia „ est constans et perpetua voluntas jus suum cuique tri-

" buendi." Inst. l. j. t. j. de just. et jure. an igitur clerus principi in Roclasu resistere non poterit? imò teneatur, quia quod jure humano et divino acquisivit, sine maxima injuria Dei sibi auferri permittere non potest. ubi est ergo veritas huius propositionis Lutherana?

Posito etiam quod Modernus Princeps talem legem non dederit, sed ab antecessoribus suis jam concessam invenerit, poterit ne praeterea eam tollere? antecessores sui habuerunt eandem potestatem imò majorem quam modernus Princeps, cum igitur legem statuendo etiam suos successores ad observantiam illius obligârint, quo jure Modernus Princeps talem legem tollere poterit cum non plus juris per hereditatem aut alio modo acquisierit, quam uti possidetis? omnis enim hereditas cum onere transit in heredem. item si cuiqs principi liceret concessiones antiquas, pacta, conventiones, emptiones et privilegia et quidem in perpetuum concessa annullare, an non omnis fides, jus naturae, et gentium, jura divina et humana tollerentur? sed quin Libertini nostri adhuc omnia attendant, se solummodo fundant in suo jure majestatico cui Deus ipse et totus mundus subjectus est, et contra quam nulla praescriptio valet. N. 192.

Hucusqs mundus de nullo alio jure notitiam habuit, quam de jure naturali, positivo divino, gentium, Ecclesiastico et civili, quo omnia se fundant in solo auctore naturae Deo, in justitia, et sana ratione:

primum hoc seculo vulgo illuminato hoc jus è
Calabris phantasia in publicum eductum fuit, sed
infelici successu, quia contra omnia mox dicta
jura pugnat, et ea annullat, ut ex dictis patet
et his paucis de novo demonstro.

N. 193. 1mo pugnat contra jus naturæ: vi juris naturæ
unicuique hominis libero liberum est statum quem-
dam eligendi, ad quem se à deo vocatum credit, et
in quo sibi tam pro vita temporali quam æterna
securius consulere potest. Contrarium docent nostri
libertini, et dicunt, quod Princeps vi juris majestatis
habeat jus in personas, quæ vel vota nuncupaturæ
vel ordines sacros suscepturæ sint, et illis hunc statum
prohibere possit.

2do Deus præcipit Deut. 6. Matth. 4. 10. Dominum
Deum tuum adorabis et illi soli servies. Contra
illem docent: Principi competit jus strictum proprium
et perfectum impediendi, ne protectu Religionis
christianæ detrimentum aliquod civitati quomodo-
cunque inferatur. ergo postposita religione potius
mundo serviendum est.

Item Christus ait Matth. 6. 33. nolite solliciti esse de
rebus terrenis, sed quærite primum regni Dei, et hæc
omnia adjicientur vobis. Contra docent: officia
affirmativa Religionis, quæ immediatè ad Deum
referuntur, officiis civium in collisione cedent, quia
melius est promovere salutem civitatis absque detri-
mento cultûs Divini, quam colere Deum cum detri-

salutis civilis.

Item Christus ait Math. 7. 15. attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: contra docent: Princeps teneatur subditis suis relinquere libertatem civilem religionis non solum vera, sed etiam cum falsa, si eius tolerantia civiliter vel necessaria vel utilis vel saltem innocua sit.

Item: quilibet christianus teneatur etiam cum dispendio vitæ veritatem suæ Religionis tueri: sic enim præcepit Christus Luc. 9. 24. „ qui voluerit animam suam salvam „ facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam „ 18. propter me, salvam faciet illam. „ quid ad hoc nostri libertini? audi et obstupefie: Princeps quia Princeps [: ajunt:] teneatur quidem religionem veram tueri, sed 18. non quatenus vera est, sed quatenus est utilis civitati. si igitur tolerantia religionis falsæ civitati pariter est utilis vel saltem innocua, non est, cur Princeps hanc subditis suis prohibere teneatur. ergo libertini nostri religionem catholicam non pluris æstimant quam quavis aliam religionem falsam, quia juxta illorum effatum princeps non teneatur illam tueri propter veritatem, propter Christum, et propter salutem animæ, sed tantum propter utilitatem civitatis, suntne hi Christiani? an non sic publicè atheismum fatentur, in quo omnis et nulla religio pari passu ambulant? ad hunc omnes illorum propositiones inclinant, ut

ex dictis patet, et melius patebit ex dicendis.

Quem fructum ergo habebunt nostri libertini de sua doctrina? Sententia jam lata est Luc. 9. 26. ubi Christus ait: „ qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius „ Hominis erubescet, cum venerit in Majestate sua, „ et Patris et Sanctorum Angelorum. „

3tio De jure gentium quod libet tantum conadunt jus Ecclesiasticum aut negant aut perverterunt, et ex jure civili malè intellecta tantum ea eligunt, quæ doctrinæ illorum conformia videntur, cætera ut antiqua rejiciunt, utpote juri suo novo majestatico contraria, quis ergo sapiens hoc jus ut verum jus agnoscere poterit, quod neqs in jure naturæ, neqs Divino positivo et aliis legibus fundatur, sed adhuc Evangelicæ doctrinæ è diametro contradicit?

Non diffiteor, jura Regia posse nominari jura Majestatica, quia à suma Majestate procedunt, et ipsi Reges personam Dei repræsentant, si modo intra limites exerceantur, et præceptis Divinis conformia sunt, at hoc jus ultra limites extendere, prout libertini nostri faciunt, non est jus Majestaticum, sed vis iniqua et perturbatio maxima in Ecclesia. estne in potestate Principis equet ipsum Episcopis Ecclesiæ cæteris Episcopis æquale declarare? in sacra se immiscere? doctrinam Christianam et modum verbum Dei prædicandi prescribere? Episcopis eandem potestatem quam ipsa habet, conferre? ipsis præcipere in votis solennibus et matrimonio rato et consumato dispen-

fore, de quibus adhuc lis inter Doctores est, an hoc
Papa possit? item propria auctoritate concilia
convocare et Episcopatus erigere? devotiones ab
Ecclesia approbatas interdicere, officium divinum
ordinare, et subditis libertatem naturalem se se Deo
devovendi interdicere? omnem immunitatem à Deo
ipso suæ Ecclesiæ tam personalem quam realem concessam
tollere, aras everterе, thesauros Ecclesiæ sibi appropriare,
christum ipsum ex tabernaculo ejicere, loca sacra et
templa Deo dicata profanare, et hæreticis extradere,
monasteria et alia pia loca ab aliis fundata
suppeditare, et sic continuam laudem Dei cessare
facere et alia adhuc plura huiusmodi attentare,
sunt ne hæc omnia in potestate principis? quo ergo
potestas remanet Deo et Ecclesiæ? ah! inaudita
sunt hæc, quæ non tantum Ecclesia omni tempore
sed et ipsa gentilitas detestata fuit. et hæc sunt fœtus
huius novi juris majestatici. quis verus christianus
istud ut jus agnoscere potest?
Verum est, quod desidia Episcoporum multum ad hæc N. 194.
confusionem contulerit, nam quia ipsi non invigilant,
et sua jura defendunt, statim acclamatur: ergo ad
principem pertinet, ut ipse ut advocatus omnia ordinet.
imo non desunt, qui adulationis ergo vel ex timore
disgratiæ hæc omnia facta approbant, aut saltem con-
nivent. sed an nesciunt, quid ipsis christus Luc. 21. 12.
prædixerit dicens: „ante hæc omnia injicient vobis
„manus suas et persequentur tradentes in synagogas
„et custodias, trahentes ad reges et præsides propter

" nomen meum. continget autem vobis in testimonium
" veritatis. dabo enim vobis os et sapientiam, cui
" non poterunt resistere et contradicere omnes adver-
" sarij vestri." Si ergo sunt successores Apostolorum
quare non idem faciunt? videtur eos apostolos
tantum imitari in monte oliveti, ubi omnes dor-
mierunt et Christo relicto fugerunt, dum ad passionem
ducebatur. alias se gerebant post acceptum Spiritum
Sanctum, dum act. 5. 41. flagellati, ibant gaudentes
" à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt
" pro nomine Jesu contumeliam pati." et cum ipsis
prohiberetur docere in nomine isto " respondentes,
" obedire oportet Deo magis quam hominibus. ibi 29.
et act. 4. 19. " Si justum est in conspectu Dei vos potius
" audire quam Deum, judicate. non enim possumus,
" quæ vidimus et audivimus non loqui." Sanè si
Episcopi omnes etiam in hoc apostolos imitarentur,
omnis confusio tolleretur, nec proscriptioni hum
jusmodi Majestatis daretur locus, quia tolleretur ante
quam in consuetudinem transeat.

et Spiritu militum evigilati

apostoli

Responsiones ad objectiones
de jure Principum circa bona Ecclesiastica.

N. 195

In puncto 3° distinguunt nostri Libertini bona Eccles-
iastica vel in sacra ut altaria, templa &c quæ ad
cultum Divinum immediatè pertinent, vel non sacra
ut agri, vineæ &c ex quibus etiam bona civilia pro-
veniunt, adeoque etiam bona civitatis sunt. Si autem
benè distinguere vellent, deberent etiam aliquam

distinctionem facere inter agros, vineas, quæ vel
Deo immediate dicata, vel alio modo acquisita sunt.
nam primo modo sunt bona verè sacra, altero manent
civilia, sine magnum discrimen inter ea intercedit. et
sub hoc discrimine

Ad 2dum, quod jus naturæ tribuat Principi facul- N. 196.
tatem bonis Ecclesiasticis quibuscumq; non sacris tri-
buta imponendi. imò teneatur, si bona laicalia inde
gravantur. his addunt N. 106. quod etiam habeat
jus in bona spiritualia, et possit ea applicare, pro lu-
bitu, quia sunt accessorium quid.

Per misericordiam Dei! quam inepte iterum hic lo-
quuntur nostri libertini! an Princeps vi juris naturæ
Princeps est? non sed omnes homines vi juris naturæ
æquales nascuntur. vel jus naturæ aliquid statuit
de bonis Ecclesiasticis? sed quomodo hoc, cum bona
Ecclesiastica ortum suum non habeant ex lege naturæ
sed ex dispositione Divina, et spontanea oblatione
fidelium? quomodo ergo jus naturæ potest Principi
tribuere facultatem bonis Ecclesiasticis tributa im-
ponendi? si dicerent, quod Princeps ex ordinatione
Divina possit tributum imponere, rectius loquerentur,
sed adhuc lis in quæstione manet, an possit etiam
bonis Ecclesiasticis tributum imponere.

ex dispositione Divina et spontanea oblatione; omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non venderur, nec redimi poterit. quid quid semel consecratum fuerit, sanctum sanctorum erit Domino. Levit. 27. 28.

Ad hanc quæstionem decidendam Notandum, quod
non tantum templa, altaria, aliaq; quæ ad cultum
Divinum immediate pertinent, sint res sacræ, sed etiam
omnes oblationes et fundationes, sive in agris sive

pecunia consistant, res sacro fiunt, ipso effato Christi
supra citato, quo ait, quod aurum et dona in templo
oblata, per templum et altare sanctificentur. hoc fuit
semper constans doctrina Ecclesiæ, quam et Principes
christiani sibi propriam fecerunt, ait enim Justinianus
Justit. l. 2. tit. j. §. 8. „ sacro res sunt, quæ vite per
„ Pontificem Deo consecrata sunt, veluti ædes sacræ, et
„ donaria, quæ vitè ad ministerium Dei dedicata sunt,
quæ dona et fundationes ipsi quoque Principes ab omni
exactione et tributo semper liberas pronuntiârunt.
sic Constantinus a. C. de Epis. et cleric. l. j. tit. 9. l. 2. §. 1.
statuit. „ ad parangariam quoque prestationem non
„ vocentur, nec eorum facultates atque substantia. om-
„ nibus clericis huiusmodi prerogativa succurrat. „ quod
statutum Fridericus Imp. nova constitutione reno-
vavit ibi: „ item nulla communitas vel persona publica
„ vel privata collectas, vel exactiones, angarias vel
„ parangarias Ecclesiis vel aliis piis locis, aut Eccles-
„ asticis personis imponere, aut invadere Ecclesiastica
„ bona presumant: quod si fecerint, et requisiti ab
„ Ecclesia vel imperio emendare contempserint, triplum
„ refundant, et nihilominus bona imperiali banno
„ subjaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus
„ remittatur. „ Sed

N. 197. ajunt: Imperatores antiqui potuerunt quidem talia
bona Ecclesiastica à tributo liberare, sed propterea
successores suos non ligare, ut idem faciant, quia hi
pari potestate gaudent.

ad hæc non solum attendendum ad constitutiones et
voluntatem horum Principum, sed etiam ad causam et
rationem, cur has constitutiones fecerint. Justinianus
Inst. l. 2. tit. 1. §. 7. ait: „ nullius autem sunt res sacræ,
„ et religiosæ et sanctæ, quod enim Divini juris est, id
„ nullius in bonis est. „ considerabant enim hi Principes
quod res Deo dicatæ sint res Dei, et nulli humanæ po-
testati amplius subjectæ, et quia non amplius in bonis
eorum erant, se incapaces aprobebant, illis tributum
imponendi. Jam non amplius vivit antiquus Deus
utique et ipsi moderni Principes eum suo tempore ut
strictissimum illorum Judicem videbunt. aut Deus hoc
tempore nulla amplius dona ab hominibus acceptat?
omnino, quia per hoc dona homo Deum ut suum Domi-
num agnoscit, pro beneficiis acceptis se gratum ostendit
et gloriam suam augmentat, atque adeo Deus talia
dona non tantum non respuit, sed grata habet. si
autem acceptat, an non sunt res Dei? qui ergo poterunt
moderni Principes rebus non suis tributum imponere?
Sed urgentur, dicunt, si bona laicalia inde gravantur
optime sed non ad rem. quis ad hoc cogit Principes?
Deus? sed si Deus ipsos cogeret, quomodo posset acceptare
hoc dona? an non sibi ipsi contrarius esset? aut civitas
et bonum publicum? sed quid inde patitur civitas
et bonum publicum? ex cuius bonis homo Deo aliquid
donat, aut in honorem ipsius pium locum fundat, ex bonis
civitatis? nullo modo, quia totus terrarum orbis Dei est:
ipse omnia creat, omnia conservat et gubernat. qui ergo

civitas inde gravari potest, si Deo datur, quod ipsius jam est: nec bonum publicum inde patitur, quia sive hæc dona in pecunia sive rebus mobilibus consistant, iterum in bonum publicum redundant, et nulla alia hic est diffinitio inter bona Ecclesiastica et civilia, nisi quod ista non amplius subjecta sint potestati Principis, sed immediatè Deo.

Aut forsan hoc interesse proprium Principis requirit? sed an Princeps potest impedire, ut nemo amplius Deo aliquid offerat? vel an aliquid habet, quod à Deo non accepit? aut plus habere potest, quam à Deo accepit? si Deus aut alio modo totam provinciam perdat, an non iis contentus esse debet, quo superfuit? quî ergo se conqueri potest, si unum aut alterum bonum Deo offertur?

Aliter tamen loquendum de bonis, quæ Ecclesia vel alius pius locus emptione, hæreditate aut alio modo acquirit, quia hæc bona, licet à personis Ecclesiasticis possideantur, tamen manent bona civilia et sic Principi subjecta.

N. 198. Imò etiam bona verè Ecclesiastica tenentur in necessitate publica et præter bonum publicum succurrere quia hoc non est contra sed juxta præceptum Divinum, ut bonum commune conservetur.

N. 199. Quod addunt, Principem habere jus in spiritualia bona, et ea pro libitu posse applicare est falsa et perniciosissima adulatio, per quam Principes et tota regna ordinariè in extremam miseriam redigunturpro teste sit sequens aurea Bulla:

Domini Alexij Comneni graecorum Imperatoris de donatiis et rebus sacris Rescriptum, sive oratio, quam Auream Bullam inscripsit.

Qui corpore malè affecti sunt, medicaque curatione indigent, si nondum se morbo laborare senserint, multo facilius à medicis curantur. qui vero morbi, quo laborant, gravitatem minimè persentiscunt, imò nec agrotare se sciunt, ij procul dubio non parum negotij sibi et medicis facessere solent. Nos ipsum quidem certè in animis quoque morbis persicuum est. atque ex nobis cum peccant alij, quamlibet in profundum malorum gurgitem prolapsi, in utramvis securi dormimus aurem, suisque gravitati succumbentes vix ac ne vix quidem nos peccare sentimus, quia nimirum malus ille habitus jam in naturam transiit. quibus autem salutifera sui luminis scintillam aliquam Deus indidit, quorumque intellectus non omninò mundi huius sublunaris caeno obfuscatus, nec lateritio operi mens prorsus inservire cogitur, ij demum à lapsu resurgere, Deique consortio (proter animi sententiam exturbati saepius) ad eundem non sine fiducia, sontaneaque rerum meliorum disquisitione recurrere possunt.

Quod res haud dubie nobis imperantibus usu venit. varia enim multiplicesque negotiorum circumstantia

dum ubique publica exhauriuntur ~~suffragia~~ aerario
pastimque hostium incursionibus patet aditus, tran-
quillum imperij nostri statum reprehenerunt: cum
primumque adeo Imperatoriae Majestatis fastigium
conscendimus, nos à tergo illa malorum myrmecia
insecuta est. ex quo evenit, ut in humanam rerum
angustiam adducti, usque omnibus exuti, quod lapsis
alioquin adjumentum aliquod adferre poterant,
tandem vel sacra divinaque Dinodia contingere
usque nostram solari inopiam statuerimus. quod
certè facimus in plerisque sacris divinisque Ecclesiis
admissum est: nec sacrorum donariorum pauca in
publicos ceperunt usus. neque eò quidem adacti sumus
ut quicquam moliremur vel in Dei contumeliam
et contemptum, vel in eorum defectum, quos ipsi pia
consecravit antiquitas!: quod omen Deus ab omni
animo christiani nominis amantissimo avertat!
Sed urgente temporum necessitate, atque etiam con-
silio nostro, quod medio se operi immiscuit. Imperatoriae
enim Majestatis nostro animo visum est, nulla
Deum ira inde percitum iri, ubi mens malè consci
nullius criminis agentem reum coargueret.
Cum autem quidquid in Imperatoris aerario superest
exhaustum et insumptum esset, nec in ullos usus
necessarios ea capiendi, quæ à sanctis extorqueramus
Ecclesiis: tum verò consilium omne nostrum tot

undique periculis Romam circumvallantibus invehor
et labefactatum est. quocirca pariesque in loris hostium
nostrorum cornu exaltatum est, nostrique adeo
Imperij naviculae naufragium imminet, nisi propitius
Dei vibes iis quibus absolet judicijs, illam vindicet,
procellamque ipsam in auram convertat. Itaque Im-
peratori Majestati nostro majore cura disquirendum
et investigandum esse visum est, quid tandem sit
illud, quod tantam Dei iram concitavit, violentumque
eius furorem in nos exacuit. Probata cum viris
divino maxime Spiritu afflatis de re ipsa consilium
init, et postea quam certior ab illis facta est, fatis
esse causae mortibus ~~sacra venerandaque~~ cur in nos
ira Divina exconduisset, quod profanis manibus
sacra venerandaque sanctarum Ecclesiarum vasa
contrectassemus /: etiam si nulla nos improbitas
maleve conscia mens eo permovisset :/ quia ni-
mirum neque res Divinae profanandae sunt, nec a
Dei manibus repetenda, in aliosve usus conver-
tenda ea, quae semel illi consecrata fuerint: ipsoque
pretium id fore visum est, et futurum mali im-
petum reprimere, ne ullo in posterum tempore
inter Christiani nominis principes irrepat: et pro-
deritis, quoad eius fieri potest, prosens adferre
remedium. quamobrem ut sit errantis medicina
confessio, coram Deo et hominibus Imperatoria

se majestas prolapsam fateatur, veniamque de-
litis, quæ temerè admisit, ex intimis animi adytis
postulat: seque omnia, quæ sui sunt Imperij Divino
Numini mancipaturum, eaque viribus Imperatoris
denuo restituerum policeatur, quæ in Rodierum
usque diem ab Ecclesiis Deo sacris ablata, in publicos
usus malè versa sunt: si modo, quæ orbem uni-
versum exagitat, procella desævierit, imperioque
status melior restitutus fuerit. Hæc enim per-
solvenda nihilo secius quam privatum aliquod
debitum in se recipit, nec se sanctis obstratum
Ecclesiis inficiatur. ~~[illegible]~~
Quare in posterum tum sibi, tum post se futuris
christiani dogmatis principibus Aurea hac
Bulla legem non minus observanda imponit,
quam si a Deo ipso dictaretur. Neque post
hac sacra temerè contrectet: etiamsi vel
cadmea necessitas urgeat, ne manus impuras
sacris rebus injiciat, ne profana ex divinis
Dinodia fiant, dum in publicos usus circum-
ferentur. Cumque inter Deum et Homines sit
interstitij loco positum, quod nullus (si modo pius
fuerit) transgredietur. Homines quidem rebus
nostris utemur et fruemur, Deo autem sacra
tecta manebunt, quæcunque illi consecrata fuerint

nec illa manibus vel audacissimis contingent.
quodsi quis /: Domine Deus! in posterum manus facri
et Divini Dinodii, utensilibus et vasis, quæ
sacris olim et venerandis Ecclesiis tuis dicata vel
in posterum dicanda fuerint, injicere audeat, si-
ne lumine in die visitationis tuæ fraudet, ne
sol ille matutinus illucescat, nec tuo hic au-
xilio, nec tua istuc divina protectione gaudeat,
sed ubique defectus à te ~~[illegible]~~ defectusque jaceat.
Tantum præsidiis esto nunc /: ô Rex! hæreditati
tuæ, sicut justam illam iram, qua in nos ex-
arsisti, quin parce nobis, qui cum peccavimus
antea, nunc tandem ad te convertimur, quo-
niam omnia peccata nostra cum misericordia
tua abysso condata, et velut ~~[illegible]~~ ad perpendiculum
examinata sic se habent tanquam aqua hemina
si cum toto mare conferatur. ut ergo coram
te Domine multitudinem peccatorum meorum
confiteor, ita tuum quoque maximè salutiferum
auxilium imploro, ex intimisque animi penet-
ralibus à sacris in posterum pertractandis de-
sistens /: etiamsi me extrema necessitas eò
impellat! et debitorem eorum, quæ antea
inde ablata fuerunt, me ingenuè profiteor
in huius enim rei confirmationem universis
Ecclesiis tuis sanctis hanc Aurea Bulla

obsignatam orationem tanquam dotem aliquod antidotum appendi, ut quicunq; post hac sacrorum Dinodiorum quodpiam contrectare ausus fuerit, impij sacrilegij nomine quod te et pios quosq; homines censeatur.

Datum mense augustino quinto indictionis anno quater millesimo, quingentesimo, nonagesimo, quo quidem tempore pium quoq; hoc et Deo subditum Imperium nobis designatum est.

Vixit annis 70. regnavit autem 17. mensibus 4. et aliquot diebus, ac postremò obiit anno mundi 4626. ut scribit Zonaras annal. Tom. 3. proinde apparet ab illo editum hoc rescriptum eius Imperij anno 2. Vide Biblioth. PP. Tom. 3. fol. 274.

Cuius chronologia se servavit Zonaras nefis hoc tamen non convenit cum coteris, certum enim est, Alexium vixisse seculo vndecimo christiano.

N. 200. Teneat quoq; Princeps exemplum Caroli martelli qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separavit atq; divisit, et pro hoc solo maximè est aeternaliter perditus. quia enim eius sepulchro visus est subitò exilire draco, et totum eius sepulchrum intrinsecus inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. quo res Pippinum eius filium et Carolum Magnum eius Nepotem

ita commovit, ut plures Ecclesias et monasteria pro
satisfactione non tantum extruxerint, sed etiam Carolus
edictum fecit, ut nec ipse nec filij eius, nec successores
huiusmodi res agere attentarent. prout hoc omnia
quisq; in libro capitularium invenire potuit. Ipsa
hoc historia habetur caus. 16. q. 1. cap. 59. quam etiam
plusibus ut veram confirmat Marsi: Concil. tom. 17.
capitularia fol. 74.

Et quod tam tristia exempla non etiam habemus in
scripturis sacris? Tel si hoc eos non terreat, terreat
illo maledictio, quam David in tales fures pronuntiavit.
ait enim psal. 82. " Deus quis similis tibi? ne taceas,
neq; compescaris Deus: quoniam ecce inimici tui so-
nuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput ---
super principes eorum sicut oreb, et zeb et zebee et
Salmana: omnes principes eorum, qui dixerunt: hereditate
possideamus Sanctuarium dei: Deus meus pone eos
ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. sicut
ignis, qui combuit sylvam, et sicut flamma comburens
montes. ita persequeris illos in tempestate tua, et in
ira tua turbabis eos. impple facies eorum ignominia,
et quærent nomen tuum domine, erubescant et con-
turbentur in sæculum sæculi, et confundantur et pereant
et cognoscant, quia nomen tibi Dominus: tu solus
altissimus in omni terra."

Et autem libertini nostri oculis videant, et manu
palpent, quam impia sit hæc eorum doctrina, sequentia
argumenta testabuntur.

1. ad rationem, quam afferunt, quod princeps habeat
jus in spiritualia bona, quia habet jus in personas spirituales,

q vide Exemplum Heliodori 2. Mach. 3.

N. 203.

omnino nullam maretur responsionem, nam si princeps nullam jurisdictionem in personas Ecclesiasticas habet, ut hucusqe probavi, etiam nullum jus habet in bona Ecclesiastica, ed sic hoc ratio per se evanescit.

2do. Lex Divina: non furtum facies, semper manet: si ergo princeps auferet bona Ecclesiastica, an non furtum committit? furtum nihil aliud est, quam ablatio rei alieno: jam bona Ecclesiastica sunt juris Divini, et Dei, de quibus personae Ecclesiastica tantum usum fructum percipiunt: si ergo princeps auferet bona Dei, an non auferet rem alienam?

3tio. Christus ait Marc. 7. 27. "non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus." an non hoc princeps facit, dum facultates servorum Dei in usus profanos convertit? Pius I. papa in Epistola ad italos directa ait: "praedia Divinis usibus tradita quidam "applicant humanis usibus, et Domino Deo, cui tradita "sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant, quod si "quis qe profuxerit, sacrilegus habeatur, et sicut "sacrilegus judicetur. 12. q. 2. c. praedia divinis. an non verum dixit hic papa? quid est sacrilegium? nisi sacrum raub. ergo qui Ecclesiae bona rapit, sacrilegus est.

7 prov. 28. 24. item Scriptura dicit: qui subtrahit aliquid à patre suo "et matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homi-"cidae est." jam pater noster absqe dubio Deus est, qui nos creavit, mater vero nostra Ecclesia, quae nos in baptismo spiritualiter regeneravit. ergo qui christi pecunias et Ecclesiae rapit, auferet, vel fraudat, homicida est, vel parti-

caps homicidio est, quia simulatur officio praedonum, qui alios injuste spoliant. quomodo placent hi titulis? et tamen veri sunt, quia res Ecclesiastica sunt res alienae et res Dei, ad quas Princeps nullam potestatem habet. terreat illos exemplum Ananiae et Sapphirae act. 5. qui de re sua, Deo tamen dicata fraudaverunt, et subita morte periti sunt. quid ergo illis fiet, qui de re non sua, Deo tamen dicata auferunt?

Longe aliter sentiebant antiqui christiani Principes. „Sancimus: ait Justinianus C. de Ep. et Clr. l. 1. §. 2. L. 21.: „neminis licere sacratissima atque arcana vasa „vel vestes, ceteraque donaria, quae ad divinam re„ligionem necessaria sunt (cum etiam veteres leges ea „quae juris divini sunt, humanis nexibus non illigari „sanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecam vel „pignus trahere: sed ab his, qui hoc fuge, sive ausi sunt, „omnibus modis vindicari tam per religiosissimos Episcopos „quam per oeconomos. Jam si res sacra neque vendi, „neque oppignorari poluerunt, quia sunt juris divini, multo minus poterunt rapi et auferri sine sacrilegio.

4to nullus Princeps sine maxima injustitia potest alicui privato homini suam proprietatem pro libitu auferre: tentavit quidem hoc Rex Achab 3. Reg. 21. dum Naboth occidit, et vineam suam sibi appropriavit, sed quo fructu? audi et time: „hoc dicit Dominus: ajebat Elias ad eum: occidisti insuper et „possedisti: sed in loco hoc, in quo linxerunt canes „sanguinem Naboth, lambent canes sanguinem tuum: „ecce ego inducam super te malum et demetam posteri„ora tua, et interficiam de Achab mingentem ad pari„etem, et clausum et ultimum in Israel.„

Sed

N. 202. Respondent 3tio: jus positivum Divinum hanc facultatem non abstulisse, quia nihil refert Scriptura. quid? Scriptura nihil refert? an non ait Deus Deut. 5. "furtum non facies. non concupisces "uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non "servum, non ancillam, non bovem, non asinum et "universa quæ illius sunt" aut hæc præcepta Principes non tangunt? aut dum Deus prohibuit proximi bona rapere, sua propria bona Principibus illorumque liberæ dispositioni reliquit? ubi proba, ubi testimonium? unde

N. 203. Ad 4tum. quod nec Deo, nec Ecclesiæ injuriam inferant Principes, si immunitatem Ecclesiasticam realem vel restringant, vel omnino tollant, quia nec Deus prohibet, nec Superiores Ecclesiastici prohibere possunt, quia nil contra jus majestaticum agere possunt, ergo si quis alicui privilegium vi auferat, ubi nullam infert injuriam? et injuriam quidem maximam tam Deo quam Ecclesiæ: Deo, quia temerariè se potestati Divinæ imiscent: et Ecclesiæ quia eam jure maximo tollunt. Sane si hi libertini tempore Josephi ægyptiaci viviscent, aliam doctrinam ab illo auscultant, qui Gen. 47. in summa necessitate Sacerdotibus gentilibus non tantum statuta ciboria ex horreis publicis præbuit, ut adeo non compellerentur sicut alij homines possessiones suas vendere, sed et eorum terram liberam ab hac conditione pronuntiavit. ex quo patet nostros libertinos multò minoris verum Deum æstimare, quam ægyptij suos falsos deos.

Nec requiritur ad hoc specialis Dei prohibitio, quia ratio hoc dictat, et sufficiunt verba Christi: date quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo. quia ergo immunitas Ecclesiastica adeo provenit, et ipsum respicit, quo jure poterit eam princeps vel restringere vel omnino tollere?

Quod etiam Ecclesia dudum, dum jus majestaticum adhuc in concavo latuerat, hoc prohibuerit, patet ex concilio generali Lateranensi ao 1215. celebrato, quod cap. 46. sic statuit: „ adversus consules et alios „ qui Ecclesias et viros Ecclesiasticos talis seu collectis „ vel exactionibus aliis gravare nituntur, concilium „ Lateranense immunitati Ecclesiastica volens provi- „ dere, præsumptores huiusmodi sub anathematis „ districtione prohibuit, excomunicationi præcipiens „ subjacere transgressores et fautores eorum, donec „ satisfactionem impendant competentem. verum si „ quando forsan Episcopus simul cum Clericis tantam „ necessitatem et utilitatem inspexerit, ut absque ulla „ coactione ad relevandas utilitates et necessitates „ communes (: ubi Laicorum non suppetunt facultates :) „ subsidia per Ecclesias duxerint conferenda, prædicti „ Laici humiliter et devote recipiant cum actionibus „ gratiarum. præter imprudentiam tamen quorundam „ Romanum prius consulant Pontificem, cuius interest „ communibus utilitatibus providere.

Et cum Ecclesia nihil contra jus majestaticum agere potuit, cum hoc pugnet contra jus naturæ, positivum

N. 204

Divinum, et si Religioni contrarium sit, an non in hisce Ecclesia judex ordinarius est?

N. 205 Ad 5tum, quod personae Ecclesiastico nil petere possint nisi congruam sustentationem: ergo strinoqs bene agit, si superflua ad usum meliorem ad beneficia plura erigenda applicet. ergo supponunt nostri Libertini, personae Ecclesiastico nihil proprium possidere posunt. Sed unde hoc probant?

1o ex veteri testamento, in quo Deus sacerdotibus et Levitis nullam hereditatem in terra promissionis concessit, sed pro congrua sustentatione eis decimas et sacrificia attribuit. Sed an non etiam habuerunt suburbana et agros proprios? sic legimus Levit. 25. 33. et 3. Reg. 2. 26. ubi Salomon abiathar Sacerdotem deposuit, et in Anathot ad agrum suum venisit.

2do. ex primitiva Ecclesia, ubi omnes qui credebant, erant pariter, et habebant omnia comunia. act. 2. 44. sed sciendum, quod ij tantum omnia vendiderint et cum apostolis in comuni vixerint, qui eos in perfectione secuti sunt, quia aliàs agricultura et omne comercium cessaret, quod est incredibile. sed hic mos non diu duravit, quia apostoli in nullo certo loco consistebant, et omnes eos sequi non poterant. „ nam videntes ": ait urbanus I. in Epistola ad omnes Episcopos: „ sacerdotes Summi et alij atqs Levitae et reliqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si hereditates et agros, quos vendebant, Ecclesiis (quibus praesidebant Episcopi) traderent, eo quod ex sumptibus

eorum tam presentibus quam futuris temporibus
plurima et elegantiora possent ministrare fidelibus
communem fidem ducentibus, quam ex pretio eorum:
caperunt prædia et agros, quos vendere solebant
matricibus Ecclesiis tradere, et de sumptibus eorum
vivere. Ipsa vero res in ditione singularum Pa-
rochiarum Episcoporum (qui locum tenent apostolorum)
erant, et sunt usque hucusque et futuris semper debentque
temporibus. è quibus Episcopi et fideles dispensatores
eorum, omnibus communem vitam degere volentibus
ministrare cuncta necessaria debent, prout melius
potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipsa enim
res fidelium oblationes appellantur, quia Domino
offerunter. non ergo debent in alios usibus, quam
Ecclesiasticis et predictorum christianorum fratrum
vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium
et pretia peccatorum ac patrimonia pauperum, atque
ad predictum opus explendum Domino tradita. si quis
autem (quod absit) semel egerit, ~~et reus sacrilegii~~
~~efficietur et pretia effectiget~~ videat ne damnationem
Ananiæ et Saphiræ percipiat, et reus sacrilegii effici-
atur, fiat illi effectis sunt, qui pretia predictarum
rerum fraudaverunt, ut legitur act. 5.

Habebant itaque in primitiva Ecclesia non tantum clerici
sed et cæteri fideles prædia et hæreditates, ex quibus con-
gruam sustentationem accipiebant, sed ij tantum, qui
communem vitam ducebant. nihil proprium habebant,
quia prædia ad Ecclesias matrices pertinebant, et ab Epis-
copis unicuique dividebatur, prout quisque opus habebat.

conformiter huic doctrinæ loquuntur etiam multi SS. Patres et concilia causa 12. q. 1. et 2. citata nimirum quod nulli clerico liceat aliquod proprium habere, sed ut ex eorum verbis patet, intelligendi sunt de iis clericis, qui socialem vitam monasticam vitam ducebant, à qua proprietate ipsa professio eos arcebat. quod autem ceteri clerici bona propria habere potuerint, patet ex canone 40. apostolorum, qui sic ait: „ Sint manifesta res proprias Episcopi: si tamen habet proprias, et manifesta „ Dominico, ut potestatem habeat de propriis moriens „ Episcopus, sicut voluerit, et de quibus voluerit, dere„ linquere: nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum „ ea quæ Episcopi esse probantur, intercidant. fortasis „ enim aut uxorem habet, aut filios aut propinquos „ aut servos. et justum est hoc quod Deum et homines „ ut nec Ecclesia detrimentum patiatur ignoratione „ rerum Pontificis, nec Episcopus vel eius propinqui „ sub obtentu Ecclesiæ proscribantur, et in causas in„ cidant, qui ad eum pertinent, norsqp eius injuria „ malæ famæ subjiciatur. „ sic etiam habet concilium Agathense can. 48. ad 506. celebratum.

Ex quibus clarè sequitur, clericos ceteros bona propria possidere posse, non quidem ex facultatibus Ecclesiæ penes quam semper proprietas manet, sed ex facultatibus aliunde acquisitis. de hac re pulchrè loquitur S. Gregor. de vita contemplativa l. 2. cap. 9. ubi ait: „ expedit „ facultates Ecclesiæ possideri et propriæ perfectionis amore „ contemni. non enim propria sunt, sed communes Ecclesiæ

„facultates: et ideo quisquis omnibus, quæ habuit,
„divisis aut venditis fit rei suæ contemptor, cum
„propositus factus fuerit Ecclesiæ, omnium, quæ habet
„Ecclesia, efficitur dispensator. denique S. Paulinus,
„ut ipse melius nostis, ingentia prædia, quæ fuerunt
„sua, vendita pauperibus erogavit, sed cum factus
„esset Episcopus, non contempsit Ecclesiæ facultates,
„sed fidelissime dispensavit. quo facto satis ostendit
„et propria debere propter perfectionem contemni, et
„sine impedimento perfectionis posse Ecclesiæ facultates,
„quæ sunt profecto communes, possideri. quid S. Hilarius?
„nonne et ipse omnia bona sua aut parentibus re-
„liquit, aut vendita pauperibus erogavit? is tamen
„cum merito perfectionis suæ fuerit Ecclesiæ Arelatensis
„Episcopus, quæ ita tunc habebat Ecclesia, non solum
„possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæredita-
„tibus ampliavit. isti ergo tam sancti tam perfecti
„pontifices factis evidenter clamant, posse et debere fieri
„quod fecerunt. qui utique homines tam secularium quam
„divinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si faciant
„res Ecclesiæ debere contemni, nunquam eas deberent,
„qui omnia sua reliquerant, retinere.»

Sic probant ex Scriptura sacra. S. Paulus 1. Tim. 6. 8. ad
Timotheum scribens ait: „habentes autem alimenta, et
„quibus tegamur, his contenti simus.» Sed apostolus hic
non loquitur de clericis tantum, sed de omnibus christianis,
statim enim subjungit: „nam qui volunt divitis fieri
„incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et de-
„sideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines

"in interitum et perditionem, radix enim omnium ma-
"lorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt
"à fide, et inseruerunt se doloribus multis:" quare
admonet Timotheum dicens:" tu autem ô homo Dei hæc
"fuge." ratio est, quia Christus non tantum apostolis
sed omnibus suis sequacibus præcepit terrena despicere.

N. 206 Concesso etiam, quod personæ Ecclesiastico nil petere
possint nisi congruam sustentationem, quis eam iis
assignare habet, princeps? Sane hæc est doctrina no-
vissima ab initio Ecclesiæ inaudita. ministri Ecclesiæ
ex bonis Ecclesiæ aluntur: apostolus ait 1. cor. 9. 13. qui
deservit altari, de altare vivat. Jam bona Ecclesiæ
sunt omnes oblationes Deo facta sive in pecunia
sive in prædiis, agris et decimis consistant. quidergo
princeps circa hæc bona disponere potest, cum non
sint in potestate eius, sed potestate Dei? sed
Obyciunt hic nostri Libertini

N. 207 1o. decimæ Ecclesiastico Jenulo quarto consuetudine
tantum, et secundo 6to lege ita sunt introductæ et
determinatæ, ut decima pars fructuum fuerit persolvenda
Clero.
2do. Decimæ Ecclesiastico ex legibus civilibus et con-
suetudine, principum voluntate sustentato sunt
persolvendæ.
3tio Decimæ Ecclesiastico ministris Religionis nec
jure naturali, nec jure divino positivo nec Eccles-
astico debentur. unde
4to. Ecclesiæ jus non competit à fidelibus exigendi dec-
mas, adeoque rescripta Pontificum circa decimas quia leges
Ecclesiastico vim obligandi habere nequeunt.

sto jus exigendi et percipiendi decimas Ecclesiasticas
non est jus spirituale, quia est jus mere temporale
et juri spirituali tantum annexum, quatenus jus deci-
mandi in sustentationem Ecclesiæ ministrorum est con-
stitutum. hinc
6to Judex in causis decimalibus competens est judex
civilis, et
7mo Laici juris decimandi sunt capaces sine privilegio
Pontificis, unde et
8vo In Principis est potestate, si necessitas Ecclesiæ
aut Reipublicæ utilitas exigit, decimas abrogare
et alios reditus Ministris Religionis assignare.

Ad hanc perversam doctrinam ipsos Casuistas
scholasticos ansam dedisse, extra dubium est, ipsi
enim quasi communi sententia docent, jus decimandi
tantum esse jus Divinum et naturale, quatenus decimæ
sunt justum stipendium ministris Ecclesiæ debitum.
si autem hi alunde sustententur nullam amplius
habere obligationem dandi decimas, quia præceptum
quod Deus in lege veteri de dandis decimis non fuit
morale, sed aut judiciale aut ceremoniale, quæ ambo
cum lege et sacerdotio veteri per legem novam ab-
olita fuerunt. ex qua sententia omnes hæ propositiones
sequuntur.

Sed hæc sententia laborat suppositio falsissimo, quasi N. 208.
Deus decimas tantum præcipiat, et inde Levitæ sustenta-
rentur. nam decimæ Deo datæ sunt ante legem Moysis
et in lege Moysis, antequam Levitis concederentur,
ut mox videbimus, hinc quæstio hic non est de usu

decimarum, sed de decimis ipsis an sint juris naturalis et divini vel non. et autem hi Doctores omnes videant ne non frustra eos magni erroris et infidelitatis arguerem paucis sic expono:

N. 208. Jus naturae unicuique hominis dictat se gratum erga suum benefactorem ostendere: qui hoc inficiatur, discat veritatem à brutis animalibus, quae hanc obligationem non tantum agnoscunt, sed et factis ostendunt. hanc obligationem agnovêre primi hominis filij abel et cain, de quibus scriptura facta refert gen. 4. " abel obtulit de primogenitis gregis sui " et de adipibus eorum, et cain de fructibus terrae munera " Domino. " jam in quem finem hoc munera obtulerunt? nonne in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis? quis hoc negabit? ergo simul etiam Deum ut suum benefactorem et Dominum omnium rerum agnoverunt: ergo hoc munera obtulerunt in signum protestativum supremi Dominij in omnes res, et simul in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, ex hac ratione enim Deo omnia sacrificia offerunter. jam posito hoc fundamento an hoc munera non etiam decimas vocare possumus? Moyses quidem numerum denarium hic non expressit, sed quia scriptura sacra, quoties de decimis loquitur, semper ad has primogenita de gregibus, et primitias de fructibus requirit, et Moyses hic de primogenitis mentionem facit, merito decimae appellari possunt, licet de denario numero ex scriptura non constet. imò an ex his non autumare licet, hos duos filios

ado jam praeceptum Divinum de decimis habuisse? primo-
genita et primitias in decimas dare Deus in lege Moysis
praecepit, cur autem Deus respexit ad abel et ad munera
eius, et non respexit ad munera caini? ratio ex Scriptura
clarè definitur: quia abel obtulit de primogenitis gregis
sui, cain verò de fructibus et non de primitiis Deo sacri-
ficium obtulit. certè si cain contra praeceptum Domini
non egisset, Deus illum corripere non potuisset.

Dein quare abraham gen. 14. à code Codorlahomor redeuns
Deo gratias pro victoria acturus Sacerdoti Dei altissimi
praesertim decimam partem et non aliam de praeda dedit?
quare Jacob gen. 28. ad Deum dixit: „cunctorum quae dederis
mihi, decimas offeram tibi„? si ambo non fuissent, decimas
Deum ab ipsis tantum petere?

ab initio legis Moysaicae etiam non inveniо praeceptum
expressum de dandis decimis, sed Deus Exod. 22. 29. tantum
dicit: „decimas tuas et primitias tuas non tardabis reddere„
quae verba non sunt praeceptiva sed admonitoria tantum,
quae necessariò supponunt anterius praeceptum. quia
autem nullum anterius in Scripturis sacris invenimus,
merito supponitur, Deum hoc praeceptum jam in lege natura
dedisse.

Jam inquirere restat, in quem finem Deus decimas dare
in lege Moysis praecepit. Exod. 13. 2. sic loquitur: N. 240.
„Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vul-
„vam in filiis Israel, tam de hominibus, quam de ju-
„mentis, mea sunt enim omnia„ et Levit. 27. 30. „omnes
„decimae terrae sive de frugibus sive de pomis arborum
„Domini sunt, et illi sanctificantur„ si ergo tam primo-
genita quam decimae Domino sanctificari debent, ergo et ipsi

debent offerri in signum protestativum supremi dominij in omnes res, quia Deus ipse statim causam addit: "quia "mea sunt omnia."

Clarius super hac re se explicat Deus Malach. 3. 6. ubi ait: "ego enim Dominus et non mutor -- à diebus "enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis "et non custodistis. revertimini ad me, et ego revertar "ad vos dicit Dominus exercituum. et dixistis, in quo "revertemur? si affiget homo deum, quia vos configitis "me? et dixistis: in quo configimus te? in decimis et in "primitijs. et in penuria vos maledicti estis, et vos me "configitis gens tota. inferte omnem decimam in "horreum, et sit cibus in domo mea, et probate me "super hoc dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas "coeli, et effudero vobis benedictionem usq; ad abun-"dantiam, et increpabo pro vobis devorantem, et non "corrumpet fructum terre vestre, nec erit sterilis vinea "in agro dicit Dominus exercituum."

Ex quibus verbis duo colligantur, primò quod Deus vel maximè offendatur, si decimæ ei tanquam Domino contra suum præceptum subtrahuntur. et 2do quod si decimæ ei ritè reddantur, terra benedictionis fit, et omnia in abundantia proferat. ergo decimæ ei debentur tanquam Domino et tanquam benefactori, quod idem est, ac quod ei debeantur in signum protestativum supremi dominij et in gratiarum actionem.

Nec obest, quod postea Deus decimas Levitis in sustentationem concesserit, ne curis secularibus abstracti à servitio suo non impediantur, nam hoc usum non ipsas decimas tangit, sive enim comburerentur, ut

antea factum fuit, sive à Levitis consumantur, verum et idem est, quia sacrificium semper maneat, et ut sic maneret, ait Deus ad Moysen Num. 18. 26. „ proque Levitis atq; de munia: Cum acceperitis à filijs Israel „ decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ, ut reputetur „ vobis in oblationem primitivorum tam de areis quam „ de torcularibus. „

Ex scriptura sacra ergo certum est, quod Deus ideo decimas præceperit, ut ibi offerantur in signum protestationem supremi dominij in omnes res, et in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, ergo non pertinent ad leges judiciales aut ceremoniales, sed ad ipsum præceptum primum decalogi, quia sunt sacrificium quo agnoscitur Deus ut supremus Dominus et dator omnium bonorum. quomodo ergo subsistit sententia fere communis Canonistarum N. 207. allegata?

Reponent: hoc quidem se ita habere potuisse in lege Moysis, sed non ita sentiendum de lege nova, in qua nullum præceptum de decimis habemus. at an et hoc verum sit nunc videamus.

Sicut omnia sacrificia legis naturæ et veteris figuræ erant sacrificiorum legis novæ, ita etiam decimæ in lege hac dandæ jam in lege naturæ prefiguratæ fuerunt ut ait S. Paulus Heb. 7. dum Abraham Melchisedecho decimas dedit, qui fuit figura Christi, et Christus verus sacerdos secundum ordinem Melchisedech. imò et ipse Levi, qui decimas à populo accepit, at Christo jam decimatus est, quia jam in lumbis patris Abrahæ erat, dum hic Melchisedecho decimas dedit. cur ergo Ecclesia Christi

N. 211.

q. Melchisedecho et consequenter etiam

nullum jus habeat ad decimas? sed rem propius inspiciamus.

Ex dictis certum est, decimas pertinere ad praeceptum primum decalogi, quia sunt signum externum, quo homo Deum et supremum Dominum omnium verum et suum benefactorem agnosit. Instituitne Christus hoc praeceptum? hoc nemo affirmare audebit, quia ipse ait Joan. 17. 3. „hoc est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum." quid ergo opus erat, novo praecepto decimas praecipere? an non sufficit eas confirmasse? ait enim Matth. 23. 23. „vae vobis Scribae et Pharisaei hypocritae, qui decimatis mentham, et anethum et cyminum, et reliquistis quae graviora sunt legis, judicium et misericordiam et fidem. hoc oportuit facere, et illa non omittere." cum ergo dixit: hoc oportuit facere et illa non omittere, an non idem est, ac si diceret: oportuit decimas dare, et misericordiam et judicium et fidem non omittere, quia haec sunt praecepta Dei; sunt decimas dare? fere aliter hic textus explicari non potest. ergo ipse enuntiavit oportere decimas dare.

Item S. Paulus 1. cor. 9. 13. ait: „nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt, et qui altari deserviunt, cum altari participant?" quid sacrarium habuit ad edendum? Scriptura ait Deut. 18. 1. Sacerdotes et Levita sacrificia Domini et oblationes eius comedent — primitias frumenti, vini et olei et lanarum partem ex ovium tonsione. ergo decimas. jam post dicta verba apostolus sic concludit: „ita et

„Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant
„de Evangelio vivere.“ comparat hic apostolus pra-
dicatores Evangelij cum sacerdotibus et Levitis veteris legis,
et ait, quod Christus ordinaverit, ut illi, qui hi de altari
id est, de oblationibus et decimis vivant. Si autem de
decimis vivere debent, quia Evangelium nihil aliud habet,
an non etiam simul praecepit, ut decima à populo detur?
Sed ajunt: Christum non accipere decimas, apostolis pra-
cipe, sed „ut in eadem domo maneant edentes et bibentes
„quae quae illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua.“
Luc. 10. 7.
Hoc verum est de apostolis, qui nullibi sedem fixam
habuerant, et sic decimas percipere non potuerunt, aliter
tamen loquendum de eorum successoribus, qui pro certis
civitatibus et provinciis ordinati sunt, qui semper in
suis locis manebant, adeoque certam sustentationem
etiam habere debuerunt, sed in quo? certum est, judaos
tempore Christi decimas dedisse et quidem ex praecepto
divino, quis ergo dubitabit eosdem judaos post con-
versionem suam novis sacerdotibus decimas queque dedisse?
saltem à tempore apostolorum decimas semper non
tantum datas, sed et primario deo oblatas fuisse sequentia
affirmant testimonia. Seculum primum.
Imo ex canonibus Apostolorum, qui licet à quibusdam N. 212.
ut apocryphi rejiciantur, sunt tamen authoritate Summorum
Pontificum et aliorum conciliorum decretis vel patrum
sententiis ut plurimum confirmati, quorum alij sic
habet: „offerri non liceat aliquid ad altare, praeter
„novas spicas et uvas et oleum ad luminaria, et

„thymiama id est incensum tempore, quo sancta celebratur oblatio.“

Stg. „omnium aliorum primitiae episcopo et presbyteris domum mittuntur, non super altare. manifestum est autem, quod episcopus et presbyteri inter diaconos et reliquos clericos eas dividunt.“ atqui primitiae sunt decimae: ergo hae ab initio jam dabantur.

2do Ex constitutionibus apostolicis, quae licet authoritatem plenam non habeant, referunt tamen quae in primo seculo in usu fuerunt. hae L. 2. c. 25. ita habent: „portiones, „decimae, primitiae Christo sacrificii et ministris eius, „decimae salutaris principum nominis Jesu. — quae tunc „primitiae, et decimae et portiones ac dona nunc oblationes, quae per sanctos episcopos offerentur Domino Deo per „christum, qui pro omnibus martyres est.“

Seculum II.

S. Irenaeus episcopus Lugdunensis in gallia, qui ovo apostolorum vicinus in secundo secundo vixit, et ao 202. martyr Nonagenarius fere occubuit, decimis non contentus, sed juxta morem primorum christianorum omnia dari debere protendit. ait enim L. 4. contra haeres. cap. in edit. vet. 34. in nova 18.: „quae israelitae suo vel templo vel sacrorum ministrorum collegio offerebant, umbratiles tantum eas „fuisse imagines eius longe affulgentis munificentiae, quae ecclesiam, quae pauperes omnes fidelium largitas inexhausta prosequitur: „nihil enim /: sunt verba ipsius :/ „otiosum nec sine signo et sine argumento quod eum /: populum judaicum :/ „et propter hoc ioi quidem decimas „suorum habent consecratas, qui autem /: nempe christiani :/ „percepserunt libertatem, omnia quae sunt ipsorum,

„ad dominicos decernunt usus hilariter et libere dantes
„ea, quo non sunt minora, utpote majorem spem ha-
„bentes. non genus oblationum reprobatum est, ob-
„lationes enim et illic, oblationes autem et hic ~~quippe~~
~~cum jam non à servis~~ sacrificia et in Ecclesia. sed
„species immutata est tantum, quippe cum jam non à
„servis, sed à liberis offeratur.“

Pariformiter loquitur origines, qui in secundo seculo
vixit, et in tertio martyr est. hic Homil. ii. in Num.
Sect. e. Edit. Benedict. P. La Rue ait: „licet ipsius christi
„testimonio pharisaeus legis primitiarum et decimarum
„observantissimus fuerit, christus tamen dixit: nisi abun-
„daverit justitia vestra plusquam scribarum — non
„intrabitis in regnum coelorum. quodergo vult fieri
„à pharisaeis, multò magis et majori cum abundantia
„vult à discipulis impleri. quomodo ergo abundat
„justitia nostra plusquam scribarum et pharisaeorum,
„si illi de fructibus terrae suae gustare non audent, prius-
„quam primitias sacerdotibus offerant, et levitis decimas
„separentur, et ego nihil horum faciens fructibus terrae
„ita abutar, ut sacerdos nesciat, levites ignoret, di-
„vinum altare non sentiat?“

Seculum III.

S. Cyprianus Tabria afer Episcopus Carthaginensis
qui ao christi 258. martyrio coronatus est, lib. de
Imitat. Ecclesiae de simp. prelat. circa finem avaros et in
decimis defraudantes increpans ita ait: „at nunc de
„patrimonio nec decimas damus, et cum vendere jubeat
„dominus, emimus potius et augemus.“ et in Epist. 66.

hoc legunter: „quo nunc ratio et forma in clero
„teneatur, ut qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica
„promoventur in nullo ab administratione divina
„avocentur, nec molestiis et negotiis secularibus
„illigentur, sed in honore sportulantium fratrum
„tanquam decimas ex fructibus percipientes ab aetari
„et sacrificiis non recedant, sed die ac nocte coelestibus
„rebus et spiritualibus serviant.„

Nota. Hunc textum pessime interpretantur adversarij
qui S. Pater comparans sacerdotium novum cum veteri
dicerel: sicut hi ex decimis ita isti ex sportulis vivant,
nam verbum sportulo teste Kirchio in suo Dictionario
non significat sportulas, sed idem est ac participare
adeo ut sensus sit: sed in honore participantium
fratrum tanquam decimas ex fructibus percipientes.
ait autem tanquam quia illo tempore non clerus
sed oeconomi decimas collegerunt, quae deinde inter
clericos divisae sunt, atque ideo sportulantes fratres dice-
bantur; unde efficta est tantum ista comparatio.

Item S. Epiphanius Salaminatum Cypri seu con-
stantiae Episcopus, qui in tertio seculo vixit, et anno
christi 403. aetatis 115. mortuus est, haeres. 80. c. 5. 6. ait:
„populos adhortatur apostolus, ut quae ad alendos
„sacerdotes necessaria sunt, justissimis laboribus suis
„quaesita, suppeditent, offerendis primitias, oblationibus
„et reliquis id genus.„

Item: in Epistola Synodica concilij gangrensis anno

324. habiti in Paphlagonia damnatus est Eustachius qui primitias et decimas contra clerum sibi vindicavit his verbis: „primitias quoque fructuum, et oblationes „eorum, quas veterum institutio Ecclesiis tribuit, „sibimet vindicasse, idest, propria ratiocinatione „doctrinae, tanquam sanctis sibi eas offerri debere apud „se et inter se dispensandas.“ ergo concilium fatetur jam à veteribus primitias Ecclesiis tributas fuisse.

Qua fronte ergo nostri adversarij dicere possunt, decimas ante saeculum 4tum fuisse incognitas, et primùm hoc saeculo petentibus quibusdam Episcopis consuetudine postea introductas et determinatas fuisse? quam impudicè totum mundum fallant, sequentia demonstrabunt.

Seculum IV.

S. ambrosius Episcopus Mediolanensis serm. j. in Quadragesimae initium: ecce nunc tempus est in Bibliotheca vaticana et Monasterio Mediolanensi asservatur, sic ad populum loquitur est. „quicunque recognoverit in se, „quod fideliter non dederit decimas, modo emendet, „quod minus fecit. quid est fideliter decimas dare? nisi „ut nec plus nec minus aliquando Deo offerat aut „de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio „aut de ipsa venatione sua.“

S. Chrysostomus Episcopus constantinopolitanus in acta apost. hom. 18. ait: „parum ne est, oro, torcular „benedici? parumne est Deum ex omnibus fructibus tuis „partem et primitias primùm accipere?“

S. gregorius Episcopus Nazianzenus orat. 19. sic ait:
„ alius vesperis terram contaminat, alius area et torculari
„ primitias Deum, qui omnia donaverat, fraudavit.„ et
plura orat. 28. et Epist. 80.

S. Hieronymus in Epist. ad Nepotianum de vita cleri-
corum sic ait: „ si ego pars Domini sum, et funiculus here-
„ ditatis eius, nec aliquid partem inter coeteras tribus, sed
„ quasi Levita et sacerdos vivo de decimis, et altari
„ serviens altaris oblatione sustentor.„ et in Math.
c. 22. „ reddite quae sunt cesaris cesari, idest numismam,
„ tributum et pecuniam, et quae sunt Dei Deo, decimas,
„ primitias et oblationes ac victimas sentiamus.„

Seculum 5tum

S. Augustinus t. 50. Homil. hom. 48. ita loquitur: „ maj-
„ ores nostri ideo copiis omnibus abundabant, quia
„ decimas Deo dabant, et cesari censum reddebant.
4 quia „ modo autem discessit devotio Dei accessit indictio
„ fisci. nolumus cum Deo partiri decimas, modo autem
„ totum tollitur. hoc tollit fiscus, quod non accipit christus.
Et serm. 19. de temp. ait: „ cum enim decimas dando et
„ terrena et coelestia possis munera promereri, quare
„ per avaritiam duplici benedictione te fraudas? audi
„ ergo nosti, quia Deo sunt cuncta, quae percipis, et de
„ suo non accommodas rerum omnium conditorem?
„ non eget Dominus Deus, non praemium postulat sed
„ honorem: non de suo aliquid exigit, quod referendas
„ primitias rerum et decimas dignatur petere, et tu
„ negas avare? audi, primitias areae tuae et torculari
„ tui non tardabis offerre mihi. decima sunt tributa

„ animarum egentium. quid faceres ô avare, si
„ novem partibus sibi sumptis tibi decimam reliquisset,
„ ut facit, quando grandines et mala tempora mittit,
„ et fructus terræ dissipantur, et tunc novem partes
„ tibi detracto sunt, quia decimam dare noluisti.
„ hæc enim est Domini consuetudo justissima, ut si
„ illi decimam non dederis, tu ad decimam revocaris,
„ justum est enim, hæc dicit Dominus: quia decima
„ agri tui, primitiæ terræ vobiscum sunt, vidi autem
„ et latere me existimastis, intus in thesauris vestris
„ et in domibus vestris erit direptio. dabis impio militi,
„ quod non vis dare sacerdoti. „ vide hic etiam L. privilegia 12. C. de SS. Ecclesiis.

Seculum 6tum

Concilium Matisconense II. provinciale vulgo Mascon in Burgundia aô 588. celebratum can. 5. sic statuit: „ Leges namq; Divino consulentes sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum pro hereditaria „ portione omni populo præceperunt decimas fructuum suorum locis sacris prestare, ut nullo labore impediti per res illegitimas, spiritualibus possint vacare ministeriis, quas leges Christianorum congregationes longis temporibus custodivit intemeratas. unde statuimus, ut decimas Ecclesiasticas omnis populus inferat, quibus sacerdotes aut in pauperum usum, „ aut captivorum redemptionem prorogatis, suis „ orationibus pacem populo ac salutem impetrent. „ si quis autem contumax nostris statutis fuerit, à membris Ecclesiæ omni tempore separetur. „

plura adhuc testimonia et quidem sine numero huc afferre possem, sed cui hoc non sufficiunt utpote ex locis authenticis omnia producta, fanè nec plura ei sufficient. interim quivis catholicus de hoc veritate dubitare non potest. Si autem sic, qualem fidem merentur propositiones N. 207. addictæ?

N. 213. 1ma, quod decimæ Ecclesiasticæ primum seculo 4to consuetudine dein seculo 6to lege introductæ fuerint, cum ex dictis certò constet, decimas jam à primo seculo datas fuisse? quis est iste legislator, qui primùm seculo 6to decimas lege præcipit? ubi habetur ista lex? in jure canonico certè non, quia ibi omnes Pontifices decimas non propria auctoritate præcipiunt, sed ut legem Dei proponunt, ut à fidelibus observetur.

N. 214 2da. quod decimæ legibus civilibus et principum voluntate sustentatæ sint. unde hoc habent? forsan ex L. privilegia 12. C. de SS. Ecclesiis, ubi Imperatores Valentinianus et Marcianus pro Imperio orientali et occidentali ao 454. hanc legem publicârunt: „ Salaria „ etiam, quæ sacrosanctis Ecclesiis in diversis speciebus „ de publico hactenus ministrata sunt, jubemus nunc quoque „ inconcussa et à nullo prorsus imminuta præstari, liberali- „ tatisque huic promptissimo perpetuam tribuimus firmitatem. sed fierendum Imperatores hos hanc legem ideo fuisse, quia populus aut in decimis defraudavit, aut omnino nullas dare voluit, ut populus imposterum ideas juxta morem antiquum et canones redat. unde et iidem Imperatores ibi §. 1. dicunt: „ omnes fanè pragmaticas

„sanctiones, quæ contra canones Ecclesiasticos interventu
„gratiæ vel ambitionis elicitæ sunt, robore suo et
„firmitate vacuatas esse præcipimus.“ ergo hoc fecerunt ut advocati Ecclesiæ non et Legislatores. dein
hucusque satis probatum fuit, decimas à Deo fuisse pro-
ductas tam in lege veteri quam nova, adeoque lege civili
et voluntate Principum opus non esse.

3tia quod decimæ ministris Religionis nec jure naturæ, nec Divino nec Ecclesiastico debeantur ex dictis falsa probatur. N. 215.

4ta quod Ecclesiæ non competat exigendi decimas adeoque rescripta Pontificum vim obligandi non habeant, merum figmentum esse, patet ex hoc, quia Deus ipse in lege Moysis Levitis donavit, et Christus in lege nova ordinavit ut qui ei de altari vixerunt, ita et sacerdotes novæ legis de Evangelio vivant: cur ergo Ecclesia jus exigendi decimas non habeat, quas ipse Christus ei concessit? cur rescripta Pontificum vim obligandi non habeant, cum nil aliud prospiciant, quam Deus præcepit? N. 216.

5ta quod jus exigendi decimas non sit jus spirituale apertum falsum est, quia est jus Divinum, et decimæ ipsæ Deo sanctificari debent. N. 217.

6ta quod Judex competens in causis decimalibus sit Judex civilis, est contra rationem, nam qui Judex civilis potest esse Judex competens in rebus quæ non sunt sui fori? decimæ Deo debentur et ei sanctificantur, quid ergo Judex civilis judicare habet in rebus, quæ Dei sunt? N. 218.

7ma. quod Laici sint decimarum capaces sine privilegio Pontificis, est apertum falsum, nisi probetur, quod Deus N. 219.

ut dominus decimarum eas illis concesserit. decimæ pertinent ad sacrarium et altare Dei, et sunt oblationes Deo factæ, de quibus comedere non licet, qui altari non deserviunt. David etiam in summa necessitate 1. Reg. 21. 6. non audebat panes propositionis comedere, nisi sacerdos achimelech ei concesserit, sic etiam Laici nullum jus habent ad decimas, nisi summus Sacerdos eas concesserit illis.

N. 220. Atqui quod in principis potestate sit, si necessitas, Ecclesiæ aut reipublicæ utilitas exigit, decimas abrogandi, et alios redditus ministris religionis assignandi, ex nova ignorantia dicitur, quia finis primarius decimarum institutionis non est sustentatio sacerdotum, sed oblatio Deo debita in signum summi domini, et gratiarum actionis, et usus decimarum tantum per accidens sacerdotibus concessus est, unde si licet alis modis sustentari possint, prout multi et hodie aliis redditibus provisi sunt, tamen decimæ abrogari non possunt, nisi Deus debito suo sacrificio contra omnem justitiam privetur, quod nulli principi licet.

N. 221. ut autem clare pateat hanc meam sententiam non esse meam imaginationem, sed constantem Ecclesiæ doctrinam, omissis aliis pluribus conciliis, adducendum duo apporro:

Concilium Lateranense generale ao 1216. habitum sic definit: „ cum non sit in homine, quid semen serenti „ respondeat, quoniam juxta verbum apostoli: Neque qui „ plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum „ dat Deus: Item, qui de materificato semine plurimum „ fructum affert, nimis avare quidam in decimis defraudare

„nituntur, census et tributa, quæ interdum indecimata
„prolerunt, de fructibus primitus dedecentes. Cum autem
„in signum universalis Domini, quasi quodam tributo
„speciali sibi Dominus decimas reservaverit, nos et Eccles-
„iarum dispendis et animarum periculis obviare volentes
„statuimus, ut in prærogativam dominii generali exacti-
„onem tributorum et censuum præcedat solutio decimarum.
Et concilium Trid. Sess. 25. cap. 12. de Reform. ita statuit:
„Non sunt ferendi, qui variis artibus decimas Ecclesiis
„convenientes subtrahere volunt, aut qui ab aliis
„solvendas tenere occupant, et in rem suam vertunt,
„cum decimarum solutio debita sit Deo, et qui eas dare
„~~noluerunt~~ noluerint, aut dantes impedient, res alienas
„invadunt.

Cui ergo magis credendum nostris canonistis et Li-
bertinis, qui hanc rem nunquam fundamentaliter dis-
quisierunt, an constanti Ecclesiæ doctrinæ?

Parem errorem committunt etiam in Novalibus; distin- N. 222.
guunt enim inter novata et Novalia. De primis dicunt,
certum esse, quod sint decimabilia, de secundis ipsi nesciunt
quid sentiant, an et cui sint decimabilia.

Sed cur homo distinguat, ubi Deus ipse præcipiendo decimas
non distinxit? Deut. 14. 22. ait Deus: „decimam partem
„separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra
„per singulos annos.“ an forsan judæi non etiam agros
habuerunt, quos de novo ad culturam frugum redegerunt?
quis hoc negabit? et tamen de iis juxta præceptum domini
decimas dare debuerunt, quia ait: „de cunctis fructibus tuis.“
Deus novalia crescere facit, sunt fructus antiquos,

ergo in gratiarum actionem ipsi debentur, sunt et alij fructus.

Dein an non omnes agri olim novales fuerunt? jam si omnes novales fuerunt, aut non tenerentur decimas dare, aut si ad alterum pertinerent, Deus de omnibus decimis defraudaretur, quin de alijs pessimis sequelis quid quam dicam.

q. Deinde non decima pars agri, sive antiquus sive novus sit procipitur, sed decima indulgendum, quia pieta morem suum parum aut nihil de doctrina Ecclesiæ et maximè Sanctorum Patrum tenent, quam tamen scire et investigare debent, antequam illam negent. at orthodoxis vix est ignoscendum, cum hi veram Ecclesiæ doctrinam profitari et docere teneantur. culpam fortasis in alios authores, quos sequuntur, rejicient, sed si cæcus cæcum ducit, nonne ambo in foveam cadunt?

pas fructum, qui illo anno nascuntur.

N. 223. Quas pessimas sequelas non videmus ex hac doctrina oriri? si populus instruitur, decimas tantùm lege humana præceptas esse, obliviscitur debiti sui erga Deum, et pro beneficijs acceptis se gratum non offerat. si audit, decimas tantum ad sustentationem sacerdotum institutas fuisse, absque scrupulo defraudat, sed quem defraudat? nonne Deum? imò an laicis non queritur via latissima decimas ad se trahendi, cum illas non ut præceptum divinum sed merè pontificium et quid temporale considerent, et sub pretextu supremi dominij sui territorij (: prout Roma ex simili falsa doctrina cum novalibus faciunt :) sibi vindicare non verentur? ubi oblatio

Deo debita? ubi cultus eius? ubi finis decimarum?
sed taceo et concludo hanc materiam cum capitulari N: 224.
Caroli Magni quod Baluzium Tom. 1. capit. pag. 250. quod
ad confusionem horrenda Doctorum sic sonat: „similiter
„secundum Dei mandatum praecipimus, ut omnes deci-
„mam partem substantiae et laboris sui Ecclesiis et sacer-
„dotibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter
„et litis: rustici: juxta quod Deus unicuique dederit
„christiano, partem Deo reddant.“

Ad 6tum quod ex hac causa orta sit lex amorti- N: 225.
zationis, quae valida et justa est, ne bona civitatis
inutiliter impendantur, Respondeo: ergo quidquid
Deo datur, inutiliter impenditur. sic ratiocinantur
nostri libertini: si quotidie novae tabernae aedificantur
in quibus populus saltationibus, ludis, conversationibus
et ebrietatibus omnem suam substantiam dilapidat,
hoc civitati utile reputant, quia inde princeps ditatur:
quod autem ad honorem Dei et decorem Ecclesiae, aut
etiam in sublevamen pauperum donatur, juxta ima-
ginationem illorum inutiliter impenditur. an errarit
populus, dum Exod. 36. munera ad aedificandum taber-
naculum, et sustentationem Sacerdotum Deo obtulit?
non, quia Deus ita ratificabit, et ipse Exod. 23. 15. pro-
quit: „non apparebis in conspectu meo vacuus.“ aut
erraverunt illi, qui Luc. 21. 1. videntes Christo munera
sua in gazophylacium migerunt? non, sed laudavit
viduam, quae tantum duo minuta dedit. an erraverunt
principes christiani, qui in C. de SS. Eccles. multis legibus
hereditates, emptiones praediorum, donationes inter vivos

et mortis causa factas Ecclesiis confirmarunt? non, dicebant: "cur enim non faciamus discrimen inter res "divinas et humanas? et quare non competens pro- "rogativa caelesti favori conservetur?" L. Sancimus. 22. causam addebant L. jubemus 14. ibi: "quia sicut Ecclesia "religionis et fidei mater perpetua est, ita eius pater- "nomium singulis servetur illesum."

Non dico, legem amortizationis esse iniustam aut invalidam, ne forte successu temporis omnia bona in manus Ecclesiasticas perveniant in damnum commune civitatis, cui quilibet princeps prospicere debet, attamen bona ipsa Ecclesiae ex sua fundatione debita, et deo jam sanctificata suripere, et in usus profanos convertere, hoc Deus ipse et omnes leges prohibent.

§. 3.

De Infallibilitate Ecclesiae.

N. 226. Hucusque de prerogativis Ecclesiae catholicae locuti sumus argumenta pro et contra afferendo, nunc de infallibilitate eiusdem specialiter agendum est, utpote prerogativa omni exceptione major; nam si hoc vera est, omnes aliae religiones nullae sunt, et non nisi figmenta humana probantur. igitur operae pretium esse duximus, hanc rem specialiter, et fundamentaliter perscrutari, ut de veritate eius nullum dubium relinquatur. pono ergo hanc propositionem:

Ecclesia catholica est, et debet esse infallibilis in decretis fidei.

Prob. 1o. Christus est infallibilis, quia ut Deus nec fallit, nec fallere potest. ergo etiam eius doctrina debet esse infallibilis, quia verbum ipsius est, et si in hoc falleret, esset ipse fallibilis. jam doctrina Christi est

doctrina Ecclesiæ, quia Ecclesia eam docere debet; juxta illud Matth. 28. 20. „docentes eos servare omnia „quæcunq; mandavi vobis“ ergo ejus doctrina effectum et debet esse infallibilis. Sed

ais: hæc certa sunt, sed quæstio est, an Ecclesia catholica semper doctrinam Christi docuerit, et modo doceat? N. 227.

R. quod Ecclesia catholica semper doctrinam Christi docuerit et adhuc doceat, inferius in specialiori capite totam doctrinam Christi ante oculos positurus sum, cui doctrina Ecclesiæ catholicæ in omnibus concordat. interim ut et hic huic quæstioni satisfaciam, hæc tantum perpendenda propono:

Cum judæi Joan. 7. 16. dubitarent de doctrina Christi, an ex deo sit vel non „respondit eis Jesus et dixit: mea „doctrina non est mea, sed ejus qui misit me, si quis voluerit „voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum „ex deo sit, an ego à me ipso loquar.“ Sed ex quo cognoscere poterant, quod sua doctrina sit doctrina patris sui? Joan. 10. 37. ait: „si non facio opera patris mei „nolite credere mihi, si autem facio, et si mihi non „vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et „credatis, quia pater in me est, et ego in patre.“ Sed quæ sunt hæc opera? hæc erant signa et prodigia Joan. 4. 48. quæ faciebat, ex quibus suam divinam potentiam et veritatem suæ doctrinæ ostendebat.

Similem potestatem dedit etiam suis apostolis, dum eos ad prædicandum Evangelium misit, ut homines de veritate illorum doctrinæ dubitare non possent. ait enim Matth. 10. 7.

" euntes autem prædicate dicentes, quia appropin-
" quavit regnum cœlorum: infirmos curate, mortuos
" suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite p.
Et hanc potestatem non soli apostolis, sed om-
nibus in eum credentibus tradidit. " qui credit in me
[: ait Joan. 14. 12 :] " opera, quæ ego facio, et ipse faciet,
" et majora horum faciet."

N. 228. Miracula ergo et signa supernaturalia sunt signum
optimum, quod quis à Deo missus fuerit, et hæc
signa in potestate Divina facit, quia omnem
potestatem humanam superant.

Ex his signis probabat etiam apostolus Paulus suam
missionem et veritatem suæ doctrinæ, ait enim 2. cor. 12.
12. " signa apostolatus mei facta sunt super vos in
" omni patientia in signis et prodigiis et virtutibus."
Jam si miracula sunt aperta signa veritatis doc-
trinæ Christi et Apostolorum, hinc debent etiam esse
signa apertæ doctrinæ Ecclesiæ catholicæ, quia inea
quotidie usque modo fiunt, ut totus mundus testi-
monium perhibere debet. si autem in ea miracula
fiunt, tunc istius doctrina debet etiam esse vera doctrina
Christi, quia alienam et falsam doctrinam Deus sua
potestate confirmare non potest, nec unquam con-
firmabit, ut exemplum habemus act. 19. ubi judæi quidam
videntes signa, quæ fecerat Paulus, " tentaverunt etiam
" invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen
" Domini Jesu dicentes: adjuro vos per Jesum, quem Paulus
" prædicat -- respondens autem spiritus nequam dixit

q veritatis

q miracula

„ eis: Jesum novi, et Paulum scio: vos autem qui estis?
„ et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum,
„ et dominatus amborum, invalit contra eos, ita ut nudi
„ et vulnerati effugerunt de domo illa.„ ex quo patet, quod
licet isti judæi invocaverint nomen Domini Jesu, quia tamen
doctrinam Christi non habebant, nihil contra dæmonem
efficere potuerint.

Opponunt hic nostri hæretici, et dicunt, quod illa signa
quo modo in Ecclesia fiunt, non sint vera miracula
sed tantum figmenta et fraudes Catholicorum, quis
homines decipiunt, ut suæ religioni fucum aliquem veri-
tatis emendicent.

Ergo omnes catholici sunt mendaces et soli hæretici
sunt homines veraces? quis hoc credet? omnes qui
operibus Christi crediderunt, fuerunt veri fideles, et
doctrinam eius suscepperunt. jam in quo differunt
miracula, quæ hodie fiunt à miraculis Christi? si quis
homo Sanctus in conspectu omnium hominum mor-
tuum è sepulchro vivum resurgere jubet? si cæco
visum tribuit? si morbum insanabilem sola manus
impositione curat? sunt hæc signa distincta à
signis Christi? quis hoc infinabitur? adsunt eadem
facta, eadem circumstantia, eadem potestas divina
idem effectus miraculorum, sola diversitas est
in personis, quæ ad rem nihil facit, quia homines
sancti hæc signa faciunt non ex propriis viribus, sed
in nomine Christi et potestate ipsis à Christo concessa
consequenter semper ex potestate Divina. si ergo ho-
mines catholici hæc signa oculis vident, manu

palpanti, et de veritate eorum convicti sunt,
errant ergo, si ea ut vera miracula credunt? Sane
in hoc nostri heretici multo obstinatiores sunt
quam judei. hi miracula christi negare non po-
tuerunt, unde et dicebant: Joan. 11. 47. „ quid facimus
„ quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum
„ omnes credent in eum. „ quia ergo miracula negare
non potuerunt, et videbant, quod praeter miracula
omnes sint suscepturi doctrinam eius, caiphas illis
hoc consilium dedit: „ expedit vobis, ut unus moriatur
„ homo pro populo, et non tota gens pereat. „ pejores
sunt in hoc puncto heretici, qui cum talia signa non
inter eos ostendere possint, quibus illorum doctrina
confirmaretur, effugium aliud non habent, ut in suis
erroribus securius perseverare valeant, nisi ut negent et
pernegent ipsa miracula. sed quo fructu? „ ut adimp-
„ leatur [: ait christus Matth. 13. 14. :] „ in eis prophetia
„ Isaiae dicentis: auditu audietis et non intelligetis,
„ et videntes videbitis et non videbitis: incrassatum
„ est enim cor populi huius, et auribus gravier audi-
„ erunt, et oculos suos claserunt, ne quando videant
„ oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et
„ convertantur, et sanem eos. „

Si ergo miracula sunt certa signa veritatis doctri-
nae christi, et miracula innumera inveniuntur
in Ecclesia catholica, sequitur necessario, quod et ha-
beat veram doctrinam christi. et quia hoc est infalli-
bilis, Ecclesia quoque in sua doctrina sit infallibilis.

N. 229.

Prob. 2. Christus ait Matth. 24. 35. „Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt." ergo semper manent. jam verba Christi quam doctrina eius: ergo et hæc semper manet. sed ubi? nonne in Ecclesia, cui illam in depositum dedit? ait enim ipse Joan. 17. 8. „quia verba, „quæ dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere." si ergo doctrina Christi in Ecclesia semper manet, et ipsa infallibilis est, ergo etiam Ecclesia debet esse infallibilis, quia præter doctrinam hanc Ecclesia Christi est.

q. sunt nil aliud

N. 230.

Prob. 3. Christus ait Matth. 16. 18. „Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prevalebunt „adversus eam." jam si Ecclesia esset fallibilis, an non portæ inferi prevalerent adversus eam? prevalere enim adversus eam nihil aliud est, quam illam in errorem inducere. si autem hoc possibile esset, quomodo impleretur promissio Christi?

Prob. 4. Christus ait Joan. 14. 26. „Paraclitus Spiritus sanctus „quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, „et suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis — v. 16. „ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, „quem M. mundus non potest accipere, quia non videt „eum, nec scit eum. vos autem cognoscetis eum, quia „apud vos manebit, et in vobis erit." Matth. 10. 18. „et „cum ad reges et præsides ducemini propter me in testi„monium illis et gentibus. nolite cogitare, quomodo aut „quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid

" loquamini. non enim vos estis, qui loquimini, sed
" spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis." jam si
Spiritus Sanctus ipse apostolos doctrinam Christi docebat,
si in ipsis manebat, et cum ante Reges et praesides quaestio
de hac doctrina esset, non apostoli sed Spiritus Sanctus
ex ipsis doctrinam hanc defendit, quis negabit, apostolos
fuisse in responsionibus suis infallibiles? sed christus hoc
donum non tantum suis apostolis, sed et toti suae
Ecclesiae dedit, quia dixit, Spiritum Sanctum manserum
fore in aeternum apud suos discipulos, quod de solis apostolis
dici nequit, quia omnes mortui sunt.

Prob. 5. 1. cor. 12. 13. ait S. Paulus, quod Ecclesia sit corpus
christi " etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus
" baptizati sumus, sive Judaei, sive gentiles, sive servi sive
" liberi, et omnes in uno spiritu potati sumus." Ephes. 5. 23.
" ipse autem est caput huius corporis" adeo ut sicut unum
quodqe corpus à capite regitur, ita etiam Ecclesia à christo
regatur. jam si Ecclesia fallibilis esset, et à christo re-
gitur, nonne et ipse fallibilis esset, dum eam in errorem
incidere permitteret? aut saltem eam deserere deberet,
contra promissionem suam Matth. 28. datam ubi ait:
" ecce ego vobiscum sum usqe ad consumationem saeculi."
et sic ipsa Ecclesia cesset eius corpus esse, quia non
amplius vivificaretur à suo spiritu, quod est contra S.
Scripturam.

Prob. 6. " Deus posuit in Ecclesia apostolos, prophetas,
" et doctores 1. cor. 12. 28. nunquid ut veram fidem pre-
dicent, et populos doctrina christi imbuant: sed si hi
essent fallibiles, ubi esset vera fides, sine qua nemo sal

vari potest, cum tamen Deus omnes salvos velit et ad agnitionem veritatis venire 1. Tim. 2. 4. quis haereses et errores extirpari posset, si Ecclesia fallibilis esset, nonne in toto mundo nova confessio esset? imo an Deus ipse aliquem servare posset, si studiosè in errore perseveraret cum tamen suis doctoribus credere debebat?

Prob. 7. S. Paulus 1. Tim. 3. 15. ait: „ Ecclesia dei vivi est „ columna et firmamentum veritatis. „ Si ergo est columna et firmamentum veritatis, etiam debet esse infallibilis, quia si fallibilis esset, non posset fulcire et sustentare veritatem, et sic desineret esse columna et firmamentum veritatis, falsitas enim et veritas simul stare non possunt.

Plura adhuc testimonia afferre possem, si quis esset, iam hic allata infallibilitatem Ecclesiae ita clarè probant, ut et ipsi haeretici de veritate eorum convicti infallibilitatem hanc Ecclesiae denegare non audeant, attamen illam adeo restringunt, ut illam tantum in certis casibus admittant. videamus ergo illorum rationes.

1o. dicunt, verum esse, quod Ecclesia non erret, sed tamdiu tantum, quamdiu vocem Pastoris audit, et illius mandata observat.

2do quod quidem negatur à Spiritu Dei, sed tamdiu tantum, quamdiu eius inspirationibus non resistit.

3tio. Christum quidem esse caput Ecclesiae, sed non aliter nisi sicut ratio in homine. sicut ergo in homine omnia recte paruntur, si concupiscentia rationi se submittit, econtra omnia perturbantur, si secus fiat, ita similiter rem se habere in Ecclesia, in qua si verbum Dei auditur et servatur, omnia in bonum cedere, secus si istud quidem auditur, sed non servatur.

4to S. Joannes, Apoc. 1. 20. ait: Ecclesiam esse Lucernam non ipsum lumen. Jam lucerna ad illuminationem nihil aliud confert, nisi ut portet lumen, sed illuminatio fit à luce, quæ est verbum Dei. Si autem Ecclesia non ipsa lucet, quomodo poterit verbum Dei infallibiliter docere? unde

5to dicunt, Ecclesiam quidem esse columnam veritatis sed non in sensu architectico quasi veritatem sustentet, sed politico adeo ut sensus sit: Ecclesia est columna, sicut columna in aula regia vel foro publico, in qua edicta regia affigunter, sic etiam Ecclesia mandata Dei affigunter, ut ab unoquoque legi valeant.

6to quod assistentia Spiritus Sancti tantum apostolis promissa fuerit, et non pro semper illorum successoribus.

7mo quod promissio facta non sit Ecclesiæ, sed privatis personis tantum, quibus Spiritus Sanctus specialiter assistit.

8vo quod Christus infallibilitatem non Ecclesiæ militanti, quæ sæpius jam erravit, sed triumphanti promiserit, quæ amplius errare non potest. et quod adhuc talia somnia plura sint, quæ afferunt, sed fere nullam responsionem merentur, adeoque ita supersedeo. et ad hoc tantum

N. 231. Respondeo ad unum juxta imaginationem cuiusdam magni doctoris Lutheranj insolubile argumentum, quod tamen est merum phantasticum somnium, quod sic probo: hic est quæstio de doctrina Ecclesiæ, an hæc sit infallibilis nec ne. et ipse fallibilitatem eius probare nititur ex observatione doctrinæ, an doctrina et observatio eius sint unum et idem? posito hic Doctor profert in cathedra doctrinam veram, quæ tamen à nemine observatur, an propterea eius doctrina estant sit falsa? hoc ipse negabit. sic etiam Ecclesia non

errat in doctrina, sed membra eius errant, dum illam
non observant. et sic
Respondeo ad 2dum quod licet quidam resistant Spiritui
Sancto quoad observationem doctrinæ, doctrina tamen
semper manet, et sic etiam Ecclesia semper à Spiritu S.
regitur. hinc
Respondeo ad 3tium hunc doctorem pessime confundere
facta cum ipsa doctrina. hanc Christus ut caput Ecclesiæ
docet et conservat. ad observationem autem eius speciali
gratia homines illuminat et inclinat, quo gratia
non pertinet ad doctrinam, sed ad eius observationem
per quam observationem finis doctrinæ completur, ipsa
in se semper eadem remanente. veritas patet in dicta
paritate, etsi alias non sit omnino conveniens. ratio
in homine dictat, et inclinat hominem ad observati-
onem mandatorum Dei, sed non est ipsa lex. sic etiam
Christus sua gratia hominem inclinat ad observati-
onem doctrinæ suæ, sed hæc inclinatio non est ipsa doct-
rina, quia omnis lex debet prius existere, antequam
observetur, et sic hic autor contra rationem obser-
vationem cum ipsa doctrina confundit, quæ semper
manet, an observetur vel non.
Respondeo ad 4tum: verba S. Joannis c. 1. sunt hæc: „Sacra-
„mentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea
„et septem candelabra aurea: septem stellæ angeli sunt
„septem Ecclesiarum, et candelabra septem septem Ecclesiæ
„sunt.„ hi angeli sunt Episcopi septem Ecclesiarum Episc-
opalium aliis, ut ex contextu patet. et candelabra

sunt Ecclesiæ. Sed quales Ecclesiæ? an Ecclesia christi, quæ est cœtus hominum similiter credentium? sed hoc tantum est una, ubi tamen hic Joannes de septem mentionem facit? ergo debent esse illæ Ecclesiæ materiales, in quibus Episcopi residebant, et tanquam stellæ omnibus prolucere debebant. sic et christus ad apostolos Math. 5. 14. locutus est: „ vos estis lux mundi -- sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera „ vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in „ cœlis est. „ si ergo apostoli et Episcopi sunt lux mundi, et hominibus prolucere debent, an non etiam infallibiliter doctrinam christi annuntiare possunt et debent? Christus ipse nullam distinctionem facit inter doctrinam suam et doctrinam apostolorum dum Luc. 10. 16. ait: „ qui vos audit me audit. „ ex quibus patet, quam irrationabiliter hæreticis scripturam sacram interpretatur. Respondeo ad 5tum quod similis farina interpretatio est. in qua parte mundi est hoc columna, in qua mandata Dei affiguntur, ut omnes legere valeant? manifesta nobis iam? ut et nos mandata Dei in illa legere valeamus, quia et hoc sine nobis ad salutem necessarium est. at ut videtur, dormit, et tantum in somnio sic locutus est. an ergo Ecclesia christi est tantum truncus inanimatus de qua tamen christus Math. 18. 17. ait, quod loqui possit et debeat „ die Ecclesiæ „ et illius judicio subpœna damnationis sit obsequendum: „ si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus. „ apostolus hic Ecclesiam non vocat solum columnam, sed et firmamentum nisi quod ipsa veritatis, quomodo autem poterit esse firmamentum veritatis, si loqui et se explicare non potest? apage cum his nugis.

q clarissime doctor!

Respondeo ad 6tum falsissimum esse, quod assistentia Spiritus S. tantum apostolis promissa fuerit, nam an frustra Christus dixit: " ego vobiscum sum usqs ad consumationem seculi? " item Spiritum Sanctum se missurum, ut maneat in aeternum quid vos? ad quid hoc promisio, ubi apostoli tantum per breve tempus in hac terra vixerunt? item non omnes homines usqs ad consumationem seculi credere, et mandata Dei servare debent, utrumqs autem sine assistentia et gratia Spiritus S. fieri non potest, nam fides donum Dei est Ephes. 2. 8. et Christus ait: Joan. 15. 5. " sine me nihil potestis facere. " an S. Paulus mentitus est, dum 1. cor. 6. 19. ad Corinthios scripsit: " an nescitis " quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, " qui in vobis est, quem habetis a deo, et non estis vestri? "

Respondeo ad 7um similiter falsum, quod hoc promisio tantum facta sit privatis personis; nam ad apostolos Christus ~~dixit~~ Luc. 8. 10. dixit: " vobis datum est nosse " mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis, ut " videntes non videant, et audientes non intelligant. " " Luc. 24. 45. " aperuit sensum, ut intelligerent scripturas. " Ecclesiam praecipit audire non privatas personas, ergo primario Ecclesiae sua assistentiam Spiritus S. promisit, sine qua hoc omnia fieri nequeunt.

Respondeo ad 8um quod Christus infallibilitatem non Ecclesiae militanti sed triumphanti promiserit, est iterum certum falsum. Christus ait Math. 9. 12. " non est opus valentibus " medicus, sed malè habentibus. " Ecclesia triumphans non indiget promissione ~~aliqua~~ infallibilitatis, quia errare non amplius potest, sed Ecclesia militans, quae variis infirmitatibus et tentationibus obnoxia est. unde et Christus ad apostolum Petrum Luc. 22. 31. dixit: " Simon, Simon, ecce Satanas ex-

„petivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi „pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus „confirma fratres tuos.„ et Paulus ait Rom. 8. 26. „similiter „et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. nam quid oremus „sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis„ Dein ubi jota inveniter in sacris scripturis, quod Christus Ecclesiæ triumphanti infallibilitatem promiserit? et quid juvaret illam hac promissio, ubi errare non amplius poterat? Sed cessemus de hiis declarantis, quia quin rationem illustrent, stomachum tantem movent, et ad aliam quæstionem nos convertamus, quæ de hac materia adhuc resolvenda restat.

N. 232. Hucusque satis superque probavi infallibilitatem Ecclesiæ, sed quæstio jam est, an hæc infallibilitas se teneat ex parte totius Ecclesiæ, idest, in membris et in capite simul, aut etiam separatim in membris et capite?

Libertini nostri cum hæreticis pro infallibilitatem abnegantes docent, hanc infallibilitatem solumodo residere penes consensum omnium Episcoporum in conciliis generalibus congregatorum, aut extra consentientium. Sed sicut in aliis dogmatibus rem tantum obiter et juxta phantasiam suam metiuntur, ita et hic eos gravitur errare ex mox dicendis patebit.

Infallibilitas alicujus rei non definitur ex assensu pluriem hominum, qui decipi et errare possunt, alias nunquam de re aliqua certi esse possemus, sed de ipsa veritate rei et enuntiatione personæ infallibilis, cui certò credere possumus. jam inde talem veritatem et personam infallibilem præsertim in rebus revelatis in-

quiere debemus? inter homines? at David ait psal. 115.
11. „omnis homo mendax.“ et Paulus ait 2. cor. 3. 5. „non
„quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi
„ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.“ ergo quid
Deum solum, qui solus verax et infallibilis est, hanc
veritatem invenire possumus. Christus ipse adstipulatur;
nam cum Petrus Matth. 16. 16. ad eum diceret „tu es
„Christus filius Dei vivi, statim Jesus respondit, et dixit:
„beatus es Simon Barjona, quia caro et sanguis non
„revelavit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est.“ et
S. Paulus 1. cor. 12. 3. ait: „nemo potest dicere, Dominus
„Jesus, nisi in Spiritu Sancto. divisiones gratiarum sunt,
„idem autem Spiritus. -- alteri fides in eodem Spiritu,
„alij gratia sanitatum in uno Spiritu: alij operatio
„virtutum, alij prophetia. Hæc autem omnia operatur
„unus atque idem Spiritus.“ Si autem Deus est, qui operatur
in nobis velle et perficere philj. 2. 13. et sensum Domini non
cognoscimus Rom. 11. 34. nisi illum revelet nobis, ergo veritas
et consequenter etiam infallibilitas se fundat in revel-
atione Dei, et non in consensu omnium Episcoporum,
qui consensus nihil aliud est, quam agnitio veritatis,
et sic ipsa veritate posterior, quo agnitio non plus
operatur, quam ut omnibus patam veritas fiat, et sic
omnibus hominibus ut talis ad credendum proponi possit.
Et in hac revelatione assistentia Spiritus Sancti consistit,
qui ideo Ecclesiam derelinquere non potest, nisi eam in
errorem incidere permitteret, quod est contra promissionem
Christi. Sive ergo Papa solus aliquid de fide definiat,
aut hoc in concilio generali fiat, talis definitio semper
erit infallibilis, quia dictante Spiritu Sancto facta est.

Sed ais: si ergo veritas ex revelatione desumenda est, ad quod deliberatio, et suffragium Episcoporum, cum nemo de ista revelatione certus sit?

Respondeo, verum esse, quod nemo per se loquendo de hac revelatione certus sit, quia Spiritus Sanctus non publicè aut in Scriptis arcana sua revelat, attamen quia in nobis operatur velle et perficere, sic sufficienter suam voluntatem nobis aperit. Christus hoc omnia in hac similitudine declarat. Joan. 3. 8. ait: „Spiritus ubi vult spirat, „et vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat. deinde concludit: „sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.

q/: id est ventus:/

q Spiritus Sancti,

q Sentimus in nobis notiorem voluntatis,

q et si assentitur comprehendit homo veritatem et revelationem, N. 234.

Sentimus in nobis inspirationem quin cogitemus unde veniat ~~[illegible]~~ ut ei assentiatur, et sic tota revelatio perficitur. nec propterea est inutilis deliberatio nostra et suffragium, quia per deliberationem magis veritas nobis innotescit, et sic ad assensum voluntatem movet. plura de hac re vide N. 171. §.

§. 4tus

An Ecclesia sit Judex in causis fidei.

Apostolus ait 1. cor. 11. 19. „oportet et haereses esse „sed quare hoc? „ut et qui probati sunt manifesti fiant „in vobis.“ prout et ex Evangelio scimus, jam tempore Christi et Apostolorum multos haereticos surrexisse qui doctrinam Christi ~~perverterunt~~ tentabantur, ubi tamen quilibet suam doctrinam pro vera credit, et alius ut talem praedicat, prout et hodierni haeretici faciunt. in hoc igitur conflictu necessarius est quidam Judex, qui cognita veritate sententiam ferat, atque erroneos aut condemnet, aut verè credentes in sua doctrina confirmet, quia sine hac sententia in fide nemo certus esse potest.

Nec dubitare fas est, Christum ipsum tali Judice Ecclesiae suae providisse, quia alias illam in incertitudine suae salutis non tantum reliquisset, sed et periculo apostasiae exposuisset, si porro inferi adversus eam praevalere possent, quod est contra ipsius promissionem.

Quia autem officium hujus Judicis est vel maximi momenti, necessarium quoque est, ut certas qualitates possideat. 1ma est, ut habeat authoritatem illimitatam, ut omnes ei obedire teneantur. 2da ut sit infallibilis in fide et ex fide, ut quivis suam sententiam sine timore et dubio sequi valeat. 3tia ut suum judicium sit publicum, notum, et ab omnibus intelligibile, ut omnes sciant, quid et cui credendum sit. 4ta ut sit in hac terra, ut omnes ipsum adire et audire valeant.

N. 205.

Et quis hic Judex sit, modo in lite est. quidam putaverunt illum esse dictamen rationis, quod omnes docet, quid faciendum aut omittendum sit. sed hoc dictamen hic judex esse non potest, quia fides et res revelatae sunt supra captum ejus, adeoque de his judicare non potest.

Ex doctrina Libertinorum nostrorum clavè colligitur, principem territorialem hunc judicem esse, cui vi juris majestici omnem potestatem circa sacra et ipsam reformationem Religionis adscribunt. ab sine ratione potestas hujus Judicis dependet à deo, et ex ore ipsius dei loqui debet, quia judicium ejus versatur circa res revelatas, quas nemo comprehendit, nisi deus eas revelet. unde autem scimus, quod deus hanc potestatem principibus

dederit, aut ei suam voluntatem revelaverit? hic Deus ipse ait: manum de tabula: gladium, non meam Ecclesiam tibi regendam tradidi. certe in hoc ipsi haereticis melius sentiunt.

N. 236 Arabaptistae cum quibusdam antiquis haereticis docent, Inspirationem occultam Divinam esse regulam sufficientem, qua unumquemque doceat, quid credere vel non credere debeat. Verum inspirationem hanc ad hoc officium non sufficere, patet ex sequentibus:

Deus quidem per inspirationem occultam hominem ad bonum illuminat et movet, dum autem eum ad fidem vocat, facit hoc per vivam vocem. dum Christus Religionem suam instituit, homines ad eam amplectendam non per occultam inspirationem docuit, sed apostolos suos in universum mundum misit, ut voce viva eam praedicarent, et suo testimonio confirmarent, quod et fecerunt, dum act. 10. 39. dixerant: „nos testes sumus „omnium, quae fecit in regione judaeorum„ unde S. Paulus Rom. 10. 17. ait: „ergo fides ex auditu, auditus „autem per verbum Christi. sed dico: numquid non audierunt? et quidem in omnem terram exivit sonus „eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.„

Item inspirationes Divinae sunt occultae et privatae, quae nullo testimonio probari possunt, et ideo incertae et suspectae hoc officium autem debet esse publicum, adeo, ut nemine in dubium vocari possit. Dives ille Luc. 16. rogabat etiam abraham, ut mitteret Lazarum ad fratres suos, ut occulte eos ad poenitentiam moveret: at dictum est ei: „Habent

„Moysen et prophetas, audiant illos.“
Item judex hic debet esse notus, certus, et in suis judiciis
clarus, inspirationes autem sunt ipsi inspiratis dubia
et incerta, unde et S. Joannes 1. Ep. 4. 1. omnemque
monet: „nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus
„si ex Deo sint.“ Dein an non et ipse diabolus se quandoque
transfigurat in Angelum lucis, et tales inspirationes in gent,
quas inspiratus ipse discernere non potest? quot fraudibus
et mendaciis non sunt subjecta? Lutherus ait: se ex pri-
vata inspiratione edoctum fuisse, christum in sumptione
Eucharistiae praesentem esse, econtra ex eadem inspiratione Calvinus
docet, christum ibi praesentem non esse, sed Eucharistiam
esse meram figuram sacrificij christi in cruce. quis ex his
duobus veritatem docet? cuius revelatio vera est?
Item posito etiam quod quaedam inspiratio sit vera, propterea
tamen non est authentica, et à nemine recipitur, nisi ab
alijs confirmata sit. S. Paulus doctrinam Evangelij per
revelationem accepit, ipse tamen in se solum non con-
fidebat, nisi à coteris apostolis confirmata esset, unde
et ipse Galat. 2. 2. ait: „ascendi autem secundum revelati-
„onem Hierosolymam, et contuli cum illis Evangelium,
„quod praedico in gentibus, seorsum autem iis, qui vide-
„bantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem,
„aut cucurrissem.“ ex quibus clarè patet, revelationem
Divinam hunc judicem esse non posse.

Lutherani et Calvinistae propius ad metam veniunt,
et dicunt, inspirationem divinam non esse semper ultimam
regulam in omnibus rebus, sed sacram scripturam solam
esse judicem, nisi propter hanc aut alios articulos fidei
dubium se ostendat, ubi deinde ad inspirationes pri-
vatas confugiendum sit, quae deinde reflectuntur, quod tam

biblia, quam alij libri alias boni verbum Dei sint. Ita loquitur Calvinus l. 1. Instit. c. 7. ne teneatur agnoscere authoritatem Ecclesiæ, à qua se separavit, non attendens ad errorem in quem incidit, dum ait, Scripturam sacram per inspirationem confirmari, cum tamen inspiratio per Scripturam confirmari debeat.

Sed nec hæc sententia consistere potest. primò quia ut modo probavi revelationes divinæ nec prima nec ultima regula in rebus fidei esse possunt, dantur enim solum personis privatis in bonum privatum, per quod inspiratus non judex constituitur ad dirimenda omnia dubia, nec inspiratis certus est de veritate inspirationis divinæ, nec ei creditur, nisi miraculo probetur, aut eventus rei veritatem aperte doceat, quod rarissimè fit, unde et nihil probant.

N. 237. 2do quod S. Scripturam attinet, quod hæc sola sit judex has afferunt rationes: quia est verbum Dei infallibile cui omnes obedire debent: est verbum unicum, per quod nos Deus omnia revelat, quæ ad Religionem suam pertinent: est verbum clarum, quod omnia dubia resolvere potest; unde inferunt, quod sit regula unica, per quam lites dirimi debent: norma, juxta quam totum ædificium Christianæ ædificari debet: pyxis nautica (: compass :) quæ navem Ecclesiæ ad portum duxit: Lex, quæ omnes disputationes dirimit.

Hæc omnia prærogativa Catholici sacræ scripturæ quoque concedunt sed cum grano salis. nam verè fatemur quod Scriptura ~~sacra~~ hæc sit verbum Dei infallibile, cui omnes obedire debent: an certitudinem hanc non habet ab Ecclesia, quæ sola definivit nos vel illos libros esse

q. quid est Scriptura? hæc in se nil aliud est, quam narratio scripta eorum, quæ Christus fecit et docuit. at

canonicos, et à Spiritu Sancto dictatos? plura olim Evangelia et Epistolae circumferebantur, quas quidam inter libros canonicos recensebant, quas tamen Ecclesia inter apocryphos rejecit. ergo sequitur Scripturam sacram suam authentiam autenticitatem soli Ecclesiae debere, et judicem esse non posse nisi quatenus ab Ecclesia confirmata est.

Est etiam verbum unicum, per quod Deus nobis praecipua, quae ad Religionem pertinent, revelavit, sed non omnia: sunt enim plures articuli fidei, de quibus Sacra Scriptura nihil aut parum refert, ut sunt: quod Filius sit consubstantialis Patri: an Spiritus Sanctus unica Spiratione à Patre et Filio procedat: quod etiam infantes baptizari possint: quod Sabbatum in dominicam fuerit mutatum? ergo si etiam esset solus judex, factum in iis esse non potest, de quibus nullam mentionem facit.

Quod sit verbum clarum, et idcò omnia dubia resolvere possit, loquuntur contra propriam scientiam et conscientiam, et propriam confessionem Scripturae. nam si Scriptura esset clara, hinc nulla disceptatio propter idam institi posset, et esset una religio ab initio suae existentiae usque in hodiernum diem. ad unde tot sectae et haereses exortae sunt? nonne quia quivis Sectarius, villam, juxta ingenium suum aliter interpretatur? jam si clara esset, aliter interpretari non posset.

Falsor hunc errorem non à sola sacra Scriptura provenire, sed ex malitia ipsorum haereticorum, qui etiam locus clarissimos perverterunt, et in suum sensum trahunt.

ut in hoc exemplo patet: Christus clarius loqui non potuisset, dum dixit: hoc est corpus meum, hic est sanguis meus: quo verba aliter intelligi non possunt, quam quod apostolis tradidit, ante sumptionem fuerit corpus et sanguis eius, quia alias mentitus fuisset, si panis primum ~~panis~~ in sumptione corpus eius factum fuisset; et tamen Lutherus et Calvinus hæc verba peruerterunt, dum prior prolandit, panem primum in sumptione corpus Christi fieri, et alter hæc omnia tantum figuram fuisse sacrificij in cruce.

Est igitur sacra scriptura in quibusdam locis clara in aliis autem minus obscura, ut S. Petrus 2. Ep. 3. 16. tam de aliis scripturis, quam de Epistolis S. Pauli testatur ubi ait: „in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras scripturas „ad suam ipsorum perditionem.“ imò Christus ipse ait Luc. 8. 10. ad suos apostolos: „vobis datum est nosse mysteria regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes „non videant, et audientes non intelligant.“ quas parabolas ipsi apostoli non intellexissent, nisi Christus eis illas explicasset. Si igitur scriptura est verbum Christi, et verbum Christi obscurum fuit, ergo et hanc obscuram esse necesse est.

Imò si sacra scriptura tam clara est, quare ipsi heretici de vero ejus sensu inter se pugnant et colliduntur? si est regula, quare eiusdem illam non decidunt? si norma, quare religionem suam non firmiter super illam ædificant? si pyxis nautica, quare non secure sed semper dubiosi ad portum veritatis vehuntur? si lux clara, quare semper de ea disputant, et non omnes illam pariformiter

sequuntur &c. ecce causam vobis periam. Scriptura sacra
est regula, norma, praxis nautica et lex, sed muta, quae
se ipsam explicare non potest, ergo multo minus servan-
tiam ferre. nam licet regula jus demonstret ad dis-
ceridam litem, si tamen à jurisperito non in activitatem
ponitur: si norma ab aedili non applicatur: si praxis
nautica à gubernatore non recte ponitur, et lex à
magistratu non applicatur, omnia sine actione manent.
sic quoque se res habet cum sacra scriptura: hoc in se
continet quidem jus divinum, normam ad aedificium
spirituale, demonstrat viam ad portum felicitatis
aeternae, et legem divinam in se conservat, sed si non
legitur, non intelligitur, non explicatur, non pra-
dicatur, sine effectu manet. „omnis scriptura divinitus
„inspirata (ait S. Paulus 2. Tim. 3. 16.) utilis est ad doce-
„dum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum
„in justitia, sed ut perfectus sit homo dei, ad omne opus
„bonum instructus„ requiritur docens, arguens, cor-
„ripiens et erudiens, sine his nullus sequitur effectus.
clara sunt hoc ex hoc exemplo: christus suis apostolis
multa praecepta dedit, eosque instruxit in omnibus, quae
ad vitam aeternam consequendam necessaria sunt non
tantum apostolis, sed omnibus hominibus: jam hoc
doctrina erat verum verbum dei, at quid adhuc re-
quirebatur, ut effectum suum sortiatur &c. misit eos
in universum mundum praedicare hanc doctrinam,
omnesque homines ad illam recipiendam docere, et de
veritate illius signis convincere. cum ergo scriptura S.
sit idem verbum, quod christus coelestis enuntiavit,
idem quoque de eadem dicendum.

Quæstio igitur tantum est, quis illam docere et explicare profitet debeat? Forsitan quivis sutor aut Sartor, ut quid hæreticos moris est? non, sed ad hoc officium Christus sibi speciales homines elegit. " et quos-" dam quidem [: ait S. Paulus 1. Cor. 12. 28:] posuit Deus in " Ecclesia primum quidem apostolos, secundo prophetas, " tertio doctores - et interpretationes sermonum. nunquid " omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ, nunquid " omnes doctores? nunquid omnes interpretantur? non: v. 4. " sed divisiones ho gratiarum sunt -- alij quidem " per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo " scientiæ secundum eundem Spiritum -- alij interpretatio " sermonum. hæc autem omnia operatur unus atque " idem Spiritus, dividens singulis, prout vult."

Prædicator et explicator huiusmodi debet esse infacibilis et inspiratus à deo, ut veritatem enuntiet, nam cum Scriptura sit verbum Dei, et idius sensum nemo noscit, nisi Spiritus Dei Rom. 2. 11. talis prædicator necessario Spiritu Dei inspiratus esse debet. " animalis enim " homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia " enim est illi, et non potest intelligere, quia hæres spi-" ritualiter examinari debent." unde et Paulus ibi de se ipso dicit v. 12. " nos autem non Spiritum huius mundi " accipimus, sed Spiritum qui ex deo est, ut sciamus, " quæ à deo donata sunt nobis, quæ et loquimur non " in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina " Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes."

Apostoli per tres annos cum Christo conversati sunt

et quotidie pulcherrimas doctrinas ab ipso acceperunt,
sed nihil horum intellexerunt, et sic opus fuit speciali
gratia, atque „ illis aperiret sensum, ut intelligerent
„ scripturas „ Luc. 24. 45. et sic quilibet homo mundanus
intelligat et explicet S. Scripturam? unde tot haereses
et Secta nisi ex malè intellecta et explicata S. Scriptura?
„ Hoc primum intelligentes, (: ait S. Petrus 2. Ep. 1. 20. :)
„ quod omnis prophetia scripturae propria interpretatione
„ non fit, non enim voluntate humana allata est
„ aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati
„ locuti sunt Sancti Dei homines. „
Certum est igitur interpretationem scripturae esse
opus Spiritus Sancti, et quia hic Joan. 14. 14. non mundo
sed apostolis et consequenter Ecclesiae tantum promissus
fuit, sic etiam Ecclesia sola potestatem habet scripturam
sacram infallibiliter explicandi et interpretandi.
Cum igitur S. Scriptura in se sit obscura et muta,
adeo ut se ipsam explicare et sententiam ferre nequeat,
hinc etiam Judex in causis fidei esse non potest.
Corpus juris continet in se omnes leges: quo leges
licet in se verae et justae sint, quia tamen se ipsas
explicare non possunt, alius requiritur, qui eas
explicet, et ex iis sententiam ferat. lex quidem ma-
teriam ad judicandum suppeditat, sed ex se ipsa non
judicat. sic est etiam cum S. Scriptura. Eunuchus
Reginae candacis legebat act. 8. 30. Isaiam prophetam
et intelligebat verba prophetae, sed propterea non
sciebat, de quo propheta loquebatur, nec ex se scire
potest, nisi philippus diaconus ei totum sensum aperuisset.
an frustra cathedrae et professores in academiis ad ex-
plicandas leges civiles instituti sunt? an frustra christus

in sua Ecclesia Doctores et interpretes ordinavit? sane non, sed ut doceant, interpretentur, et judicent.

Cum igitur Scriptura Sacra in causis fidei et Religionis stare non possit, alium inquirere debemus, qui hoc officio melius fungi valeat. et quis est iste?

4 judex

N. 239. Dico: Etsi Scriptura sacra sit verbum Dei infallibile et si clare loquitur, rem ex se determinet, et ideo sequenda sit, tamen quia semper et semper ab aliis aliter intelligi potest, et ipsa se ipsam explicare non valeat, Ecclesia sola tanquam judex ultimatus agnosci debet. quod sic probo:

4 terrenos
4 explicanda

imo. certum est, Scripturam veteris testamenti multo clariorem esse, quam Scripturam novi testis, quia illa de rebus terrenis utpote capitu facilioribus, hoc autem de spiritualibus ~~scribitur~~ nostris imperfectis loquitur: et tamen nusquam legimus, Deum officium judicis sacra Scriptura contendere, sed Synagogae illud tradidisse. ait enim Deut. 17. 8. „ si difficile et ambiguum apud te judicium esse perspexeris -- veniesque ad sacerdotes Levitici generis, et ad judicem, qui fuerit illo tempore, quaresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem -- requiresque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio — morietur homo ille et auferes malum de Israel. „

Similiter Christus in nova lege constituit, dum Matth. 18. 15. ait: „ si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te, et ipsum solum. si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos — quod si non audierit eos dic Ecclesiae. si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi

„sicut Ethnicus et publicanus.“ jam si Scriptura esset
judex, Christus fratrem offensum non ad Ecclesiam, sed
ad Scripturam misisset.

2do Christus dedit suis apostolis Matth. 18. 18. potestatem
ligandi et solvendi in quibuscunqs rebus. jam
hoc potestas est potestas judicialis, quia solius judicis
est v.g. aut delictum punire aut condonare, aut
aliquid statuere, aut illud omittere. ubi autem legimus
Christum hanc potestatem tribuisse Scripturæ? imo
hanc potestatem Scriptura exercere non potest. ut
quis infaribiliter liget aut solvat, requiritur necessario, ut rem ipsam et circumstantias bene perpendat, rationes hinc et inde ponderet, ut fiat quæ veritati sit conformior, at hoc Scriptura non potest, ergo neqs judex esse potest.

3tio. cum act. 15. quæstio vertebatur, an gentiles
nuviter conversi etiam circumcidi debebant, quo quæstio utiqs ad fidem pertinebat, apostoli non consulueruntS. Scripturam, in qua nec jota de hoc casu invenebatur, quia adhuc forsan nulla erat, sed inter se ipsos rem hanc decidebant dicentes: „jugum
„hoc super cervices discipulorum non esse imponendum,
„quod neqs patres nostri, nec nos portare potuimus.“ si
ergo apostoli officium judicis sine Scriptura exercuerunt,
quare non et eorum successores et Ecclesia istud exercere possint?

4to officium judicis pertinet ad regimen Ecclesiæ, quia
sine judice nulla lis sopiretur, et sic unitas conservari
non posset: jam Christus nullibi Scripturam ut rectorem
Ecclesiæ constituit, sed „Spiritus Sanctus posuit Episcopos
„regere Ecclesiam Dei“ act. 20. 28. ergo et hi debent esse
judices.

5to. quam insipienter haeretici de hac re loquantur, patet ex hac ratione. nulla res dubiosa se ipsam decidere potest, sed dubium ab alio solvi debet, quia alias non esset, neqs maneret dubiosa, sed certa: atqui Scriptura sacra est dubiosa, alias non quilibet haereticus aut libertinus illam in suum sensum retorquere posset: ergo Scriptura ipsa suus judex esse non potest, nam si judex esse posset, omnes haereses jam dudum condemnasset, quod autem nunquam fecit, aut facere potuit, quia muta est. et quid de judice muto, qui nec intelligere, nec discernere nec audire et loqui potest, tenendum, unius cuiusqs arbitrio relinquo.

Quia ergo Scriptura sacra suus proprius judex esse non potest, illam ipsam, ut res decidatur, ab alio judice judicari debet necesse est, qui non est alius quam Ecclesia, cui christus sensum quaerit, ut intelligere possit Scripturam, et potestatem ligandi et solvendi concepit.

N. 240. Sed objiciunt nobis haeretici, et nos catholicos gravissimi erroris arguunt, quasi nos non aestimaremus Scripturam sacram, et illius authoritatem semper suprimere nitamur, ut doctrinas et mandata hominum supereximere valeant, cum tamen christus ipse Joan. 5. 39. jusserit Scripturas scrutari et illi credere.

At errant, et graviter errant nostri haeretici nobis talem injuriam affingendo. nos catholici multo majoris aestimamus S. Scripturam quam illi: nos veneramur illam ut verum et infallibile verbum Dei: omnia, quae nos docet, accipimus ut mandatum Divinum: illam in omnibus rebus non tantum consulimus, sed

et illius doctrinam sequimur, et ut infallibilem veneramur.
Etiam in rebus ambiguis, ubi se ipsam explicare non
potest, non sequimur doctrinas hominum fallibilium
sed sententiam Ecclesiæ, quæ propter assistentiam con-
tinuam Spiritus Sancti fallere non potest, et ideo illam
ut judicem agnoscimus, quia scriptura in propria causa
judex esse non potest. ubi econtra hæretici, etsi illam
ut verbum Dei deprædicent, sensum tamen illius adeo
perverterunt, ut sibi amplius non similis videatur. illam
quidem ut unicum judicem declamant, quin vel uni-
cam sententiam ab illa latam demonstrare valeant.
ubi autem nulla sententia, ibi nulla decisio et
nullus judex. aut si rem penitius inspiciamus, an
non et ipsi scripturam ut judicem negant? cur sequuntur
doctrinam Lutheri, Calvini et aliorum hæreticorum?
nonne quia credunt, hos seniores scripturam
melius intellexisse, et explicasse? hoc ipsi fatentur.
sed an non sic Rosæ doctores ut judices scripturæ
agnoscunt? sane qui explicat scripturam, judicat
de scriptura, quomodo intelligenda sit: ergo scriptura
non est judex quia ipsa judicatur, sed hi doctores,
quia scripturam judicant. an ergo non sibi ipsi contra-
dicunt, dum prætendunt scripturam esse judicem in
rebus fidei, et tamen relicta hac suos doctores ut
veros judices agnoscunt? si tantum obiter propriam
rationem consulerent, errorem suum maximum facile
deprehenderent. at studio[q] mutuum judicem sibi eligunt,
qui eos condemnare non potest, ut securius in errore
perseverare valeant, non attendentes, quod præter
doctrinam sectariorum suorum invita faciant mandata

q et in odium Ecclesiæ vere

Dei, et ipsam Scripturam sacram pervertant.

Verum est quod Christus scrutari Scripturas et illis credere jusserit, rationem addit: "quia illae sunt, quae testimonium perhibent de me." ex hac causa et nos catholici semper Scripturas scrutamur, quia ut in se infallibile testimonium perhibent veritati. at si hoc testimonium obscurum est, et Scriptura se ipsas explicare non possunt, alius judex simul infallibilis inquirendus est, qui omne dubium tollere possit, qui est sola Ecclesia.

Doctrina ergo catholicorum in hoc puncto à doctrina haereticorum tantum in hoc differt, quod hi suos Sectarios homines fallibiles et mendaces, catholici verò Ecclesiam infallibilem prae Scriptura sacra pro judice agnoscant, et sic in unitate fidei conservantur, ubi econtra illi nunquam quieti sunt, semper veritatem inquirentes, et nunquam invenientes, quia doctrina eorum non est fundata super petram.

N. 291. 6to. Certum est ex actibus apostolorum, quod Apostoli et alij discipuli multas quaestiones fidei decideriint antequam novum Testamentum scriptum erat: fideles illis credebant, eorum sententiam sequebantur, et ita rectè credebant. jam si apostoli Evangelia in scriptis non exarassent, et ad quaestiones illis factas in literis non respondissent, ~~[illegible] sacram quae~~ aut omnino perirel, prout Scriptura veteris Testamenti jam semel perit, quis esset judex in rebus fidei? nonne Ecclesia? aut putas, Ecclesiam sine sacra Scriptura subsistere non posse? subsistit ante Scripturam scriptam, ergo etiam usque modo sine Scriptura subsistere potuisset. fides est ex auditu

non ex Scriptura, et traditio sola sufficeret ad con-
servationem Religionis, sicut sufficiens fuit ante Scriptu-
ram scriptam, prout Apostoli omnia oretenus docuerunt,
et credentibus praecaverunt, doctrinam oretenus traditam
servare. Sic ait S. Paulus 1. cor. 11. 2. „Laudo vos fratres,
„quod per omnia mei memores estis, et sicut tradidi
„vobis, praecepta mea tenetis." et 2. Thes. 2. 14. „itaqs
„fratres state, et tenete traditiones, quas didicistis
„sive per sermonem, sive per Epistolam nostram." et
2. Tim. 2. 2. „Tu ergo fili mi confortare in gratia, quae
„est in Christo Jesu, et quae audisti à me, hoc commenda
„fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere."
hinc et S. Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos
c. 4. ait: „etiamsi Scripturae auctoritas non subesset, totius
„orbis in hanc partem consensus instar praecepti obtin-
„eret, nam et multa alia, quae per traditionem in
„Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scripto legis
„usurpaverunt."

sed
ais: quomodo Ecclesia potest esse certa de traditione
quae per homines fallibiles propagatur, et sic facile
variari potest?

R. Hic nihil esse timendum; nam sicut nesciremus
qui libri S. Scripturae sint canonici, nisi Ecclesia nos
certos reddidisset, sic etiam Ecclesia nos docere debet
quenam sint traditiones divinae, quae sicut in priori
casu propter assistentiam Spiritus Sancti infallibilis fuit,
ita etiam in hoc casu infallibilis est.

Sane nox citati textus S. Pauli sufficerent ad con-
vincendos nostros haereticos, traditionem divinam esse ad-
mittendam et necessariam esse tam ad dogmata fidei,

quam ad disciplinam Ecclesiasticam stabiliendam
sed quia illorum Doctor Lutherus alterius sententiae
fuit, non audent illi contradicere. hic enim ait ad-
versus Henricum Angliae Regem: „ego adversus dicta
„Patrum, Hominum, Angelorum, daemonum pono non
„antiquum conferjum, non multitudinem hominum
„sed verius Majestatis aeternae verbum, hic sto, hic credo,
„hic maneo, hic triumpho, hic insulto Papistis,
„Romanistis, Henricistis et omnibus portis inferi, nedum
„dictis hominum quantumlibet sanctorum, aut con-
„fractidini fallacis: Dei verbum est super omnia, Divina
„majestas mecum facit, ut nihil curem, si mille augus-
„tini, mille Tertulliani, mille Ecclesiae Henricianae
„contra me starent; Deus errare et fallere non potest,
„Augustinus et Cyprianus sicut omnes electi errare
„potuerunt, et errarunt, dogmata mea stabunt, et
„Papa cadet." et iterum in commentariis in Epist. ad
galatas: „neqs alia doctrina in Ecclesia tradi aut
„audiri debet quam purum Dei verbum, hoc offerjatura
„sacra, doctores vel auditores alij cum sua doctrina
„anathema sunto."

N. 242. Cum Lutherus semper se gloriatur, se solum habuisse
Spiritum Sanctum, et ex eius inspiratione suos scripsisse
libros, praestat, quosdam extractus ex illis hic apponere.

De Deo

Tom. 7. Jen. fol. 364. Verglicht er die h. Dreifaltigkeit
drey an einem galgen hangenden käsdrüschem.
Tom. 7. witenb. fol. 397. macht er eine eure Litanei
absqs memoria Dei, B. virginis et Angelorum, eine

schmeut sich mit Hieronym. fol. 262. zu sagen: Liebe
Mutter bitt für mich. et fol. 262. Heiliger Mutter bitt
für mich. et Tom. 8. Jen. fol. 89. b. ein jungfrau solch 9 ist
edel Kleinod, wenn sie ein pomp last, so danzt gott und
alle Engel.

de Christo.

Hieron. fol. 89. b. Das menschen Sohn ist kommen selig zu
machen, das verloren war, aber er stellt sich närrisch
genug darzu. ibi fol. 88. a. zu meiner Barmherzigkeit ich
mich mehr gutts als zu meinem Herren Christo, obschon
ich weis, das sie mich vor mich gelitten. Tom. 4. witenb.
fol. 363. b. Christus sige der gröste sünder gewesen, darum
habe er sich taufen lassen, und dardurch bekennt, das er
ein sünder sige.

de Spiritu Sancto.

Tom. 6. Jen. fol. 338. a. wurde sich der heilige geist bescheiden
lassen, das wäre schad um die schöne federen.

de B. V. Maria.

In der Kirchen postill am unser frauen geburts tag.
man sol unser frau nit so hochhalten. du wirst nicht
verdamt, wenn du schon Maria nimmermehr kein ehr
erzeigst. ich wollte das man ihr stuhl liegen liesse. wenn
die mutter gottes, Petrus und Paulus noch heut auferwe-
cket, sie würden sich nier unter die stühl legen, und
für einen Herren halten. wir sind gleich so heilig als
Maria und andere heilige.

de Angelis, Prophetis et Apostolis.

Tom. 3. witenb. fol. 458. b. mit denen heiligen habe ich
nichts zu schaffen, ich will ihr nicht sigen, und dabij bleibt.

Ibidem fol. 25. a. wie weit die Teufel über den Engel, wie Christus aus dem, daß nun einiger Teufel stiben Engeln zu schatten gibt. ibi fol. 287. a. ich glaub, daß die propheten offt grob und thorheit gesündiget haben.
Tom. j. Witenberg. fol. 215. a. Moyses soll man ehrlich halten als den ärgsten Ketzer, ehrbauten und ehrdauten menschen, der noch ärger sey als der Pag. und der Teufel selber. Ibidem fol. 286. b. die apostel sind auch grosse sünder gewest, und gutte, grobe, grosse schalk. ibi fol. 105. a. S. Paulus hat an seiner Lehr zweifelt, und offt nit gewüßt, ob er recht gredige oder nicht.

De SS. Patribus.

Ibidem fol. 475. b. grosse thorheit ist in den Vätterbüchern zum glauben. in mehr ich ihre bücher lehr, in mehr werde ich grärgert. ibi fol. 478. a. der heilige Hieronymus ist nun ketzer geworden. ibi fol. 474. b. Chrysostomus ist nun ärgher. Basilius taugt gar nichts. Philip Melanchton übertrifft mit seiner apologia den S. augustinum und alle Doctores in der Kirch.

De omnibus Sanctis in Comuni.

Tom. 5. Jen. fol. 324. die papisten glumpen hinein und machen rechte narte heilige im himel, und ich possibile legenden ist nichts nur, die dahin mahl ein heiliger beschreiben, der nach der christlichen heiligkeit, oder nach des glaubens heiligkeit heilig gewest wäre. all ihr heiligkeit ist, daß sie viel gebettet, gefastet, gearbeitet, castiert, hart gelegen, und gekleidet gewesen, welche heiligkeit ihnen allzumahl auch nun feind und bau täglich übern kan.

Tom. 7. witenberg. fol. 395. aber heiligen Kirchen zu würtenberg ist ein haub aller treyhel. N. und doch ist Luther in Ketzer ausgeruffen worden.

De summis Pontificibus, Cardinalibus, et Episcopis.

Tom. 1. Jen. fol. 60. Wir leb mit straug, mörder mit schwert, Ketzer mit feur strafen, warum greifen wir nit mehr an die schändliche Huren Babilon, des Pabsts, Cardinäl, Bischöff und das ganze geschwam der römischen Sodoma mit allerley waffen, und waschen unsere händ in ihrem blut? Tom. 6. Jen. fol. 570. b. Bitten nur nam, das gottes nam geheiligt werde, des Pabsts nam geschändet und verflucht werde sam seinem gott dem teyfel. Tischred. fol. 236. a. der Pabst ist ein abtrunner und leibhafter teyfel, weil er der antichrist ist.

De Imperatoribus et Principibus.

Tom. 2. Jen. fol. 399. 405. und 421. Sie gehen mit offentlichen lugen umb, seind teutsche bestien wie wölfender Bär, mörder, wüter, verblendte fürsten, unverschamte, tolle, thorichte, unsinnige, ungemüte, wahnsichtige narren und lästerer, das auch der teufel zehenmahl klüger und frömer dann die teutsche Kayser und fürsten seyend.

De Jude Luthero.

Tom. 5. Jen. fol. 316. b. Doch weil ich sehe, das dieser hauptartickel der teyfel nur mit lästern durch seine Bauchsprüch, und nicht reden noch aufhören kan, so sage ich Doctor Martinus Luther unser herren Jesu christi

ein würdiger Evangelist, das dieses articul: der glaub
allein on alle werck macht gerecht vor gott, sol bestan
stehen und bleiben der römische Bapst, alle cardinäl
bischoff, könig, fürsten, herren, alle welt sampt allen
teufeln, und sollen das höllische feur haben darzu auf
ihren köpfen, und keinen dank darzu. das sey mein
Doctor Luther mit seiner anleitung vom heiligen geist, und
das rechte h. Evangelium.

Wie aber dieses unser Evangelium zu verstehen sey,
erklärt er noch besser in seiner Haubpostille gedruckt
zu Jena ao 1565. in einer predig am pfingstmontag,
in welcher er also redet: Kein sünd, keine in der
welt, dann der unglauben, andere sünd in der welt
seyn gegen dieser sünd, als wenn man ein Häubchen
und kniefen in den winkel ist — der lacht man,
als sey es wohl gethan. auf macht der glaub, das
nicht durch nicht, sondern vor gott.

Et sic habemus in synopsi totum Evangelium
Lutheri. nonne pulchra doctrina? quis autem credet
eam à Spiritu dictatam esse? sed adversas velim,
Lutherum non intelexit hic Spiritum sanctum Deum, sed
illum Spiritum sanctum negam, quem in Lytania sua
interpetat, ut oret pro ipso „ Spiritus enim sanctus dis-
„ ciplinae effugiet fictum, et auferet se à cogitationibus
„ quae sunt sine intellectu, et figabitur à superveniente
„ iniquitate. „ Sap. 1. 5. et revera hac doctrina non nisi
à diabolo provenire potest, quia loquela eam manifestam
facit. S. Paulus 1. Cor. 12. 3. ait: „ nemo in Spiritu Dei
„ loquens, dicit anathema Jesu. „ et Lutherum ex Spiritu
S. loquutum esse, dum Christum spretum et penatorem

declamat, cum ipse Christus dixerit Joan. 8. 46. „ quis „ex vobis arguet me de peccato?„ dum tam horribiles blasphemias contra SS. Trinitatem, contra Spiritum Sanctum, et beatissimam virginem evomuerit? Ecce hoc Evangelium Christi docere, dum ait: fidem sine operibus sufficientem esse, ubi Christus econtra ubique docet, bona opera et observatio „mandatorum Dei „esse ad salutem necessariam? non, ipse Christus enunciat Joan. 8. 43. ubi ait: „ quia non potestis audire „sermonem meum, vos ex patre diabolo estis, et „desideria patris vestri vultis facere.„

Nolo hic tam damnatam doctrinam pluribus refellere, quia se ipsam prodit, unde fit. Hoc unicum egere non possum, quod homines docti, et rationis compotes huic doctrinæ adhæreant, illam mordaciter defendant, et insuper de tam impudentissimi blasphematoris nomine glorientur? Sed causa facile detegitur: à juventute in hæresi educati, et à suis pastoribus roborati, quod Lutherus aut alius hæresiarcha Scripturam sacram optimè intellexerit et explicaverit: insuper eis cum lacte matris aliquod odium et contemptus contra Religionem catholicam instillatur, quasi à sacra Scriptura deviaret, traditiones falsas et solumodo doctrinas humanas sequeretur, Papam esse antichristum, et Episcopos falsos doctores, sic in sua hæresi firmati ad tales blasphemias non attendunt, imo ut veram doctrinam agnoscunt, et sic de veritate inquirenda parum curant, præsertim cum illorum pastores Ecclesiæ Romanæ multos errores affingant, et jugum illius intollerabile declamant, quare

ut huic se subducere, et in libertate conscientiae
juxta passiones suas vivere valeant, similiter in sua
haeresi permanent.

Hier kan ich mich unterlassen nur einer dergleichen
Stattsprüchl beizusetzen, welche das Frankfurter Staats-
Rescriptum vom 17. April 1787. bekannt gemacht, ich setze
dieselben wort für wort, wie sie in deutscher Sprach lauten:

Aus Österreich vom 10. April.

Die österreichische Geist- und Denkfreiheit scheint sich
gegenwärtig dermalen zu haben dem römischen
oberhaupt Todtliche Streiche zu versetzen. nur in einem
10 ohnmaßgeblichen Reiner Punkt: ein hundert preis-fragen
gehal mit dem Papst ziemlich unsanft zu werfen, und
wiederum denselben allein 10. besondere fragen, die
gewiß der römischen Curie nicht sonderbar vorkommen
werden. wir theilen unseren Lesern einige mit,
welche sie in einem Katholischen Staat wirklich einer
merklichen erschütterung macht.

1o. ob der Titel Servus servorum Dei ächter sey als der
Pantoffel Kuß, und welchem dem statthalter christi an-
ständiger sey, wo sich Joseph II. mit einmahl die
Hand küssen laßt.

2do. christus habe mit wollen Magister bonus genennt
werden wollen, und der Papst laße sich Sanctissimum nenn.

3tio wegen der Faulheit des römischen Hofs, wo sich gregor
der siebende immer zeigt. mithin sey die Katholische regent
billich bedacht die Pfäffl in ihr ehemaliges schranken zurück
zu setzen.

4to. die gränzen des catholischen und curialischen seyn

mit bestimt, mann könne catholisch seyn ohne die gesätz des
Vaticans.
5to. wäre nothwendig ein National concilium in
teutschland zu halten so die bischöffliche rechte sicher zu stellen.
2do. den gottesdienst zu verbessern, und einfacher zu machen.
3tio. das christenthum auf seine ursprüngliche einfalt
und lauterkeit zurück zu bringen. 4to die disciplinar
gesätz aus zu mistren, und itzigen zeit gelegenheit einzu-
führen.
6to. christus hat uns freiy gebott gegeben die liebe gottes
und des nächsten, und gesagt: jugum meum suave est et
onus meum leve, mithin muß mann dieses durch andere
gebott nit unerträglich machen.
7mo woher hat der Pabst das recht zu canonisiren? aus
der schrift nit. mann kan auch die heilige mit andacht
verehren, als durch ihre nachfolg. die miracula sind
lauter mährchen und ärgernüs der acatholischen. höchst
der zeitungsschreiber, denn er gegen den feinde der
römischen curie gar nit angst seyn darf, weilen ad
sitz punctum nur ein freyzeichen hinzugethun sind,
und wie der rauch vom wind zergehen.
Ac igitur ad jnnu finiter quaerendo: quod est antiquum N. 243.
nomen <u>haereticus</u> aut ambitio Lutheri dum ait: si
Beatissima virgo, Petrus et Paulus adhuc viverent,
se ad ipsis pedes prosternerent, et ipsum tanquam
dominum suum agnoscerent, quia tam sanctus sit
quam ipsi. nomen <u>haereticus</u> est quidem nomen anti-
quum, et tempore christi et apostolorum jam cognitum,
at ambitio Lutheri est nova, et cum ed in ipso solum

educata. et quia blasphema est in Deum et in sanctos merito damnatur, sicut et omnes haereses à christo et apostolis damnatae fuerunt.

Longè aliter res se habet cum titulo servus servorum Dei et osculo pedis. hunc titulum ipse christus suis apostolis commendavit Matth. 20. 27. ubi ait: „qui voluerit „inter vos primus esse, erit vester servus.„ et Marc. 10. 44. „quicunq; voluerit in vobis primus esse, erit omnium „servus.„ unde et S. Paulus 1. cor. 9. 19. ait: „nam cùm „liber esem ex omnibus, omnium me servum feci, ut „plures lucrifacerem.„ etsi ergo non omnes Pontifices in suis Bullis hoc titulo usi sint, tamen re ipsa se servos servorum Dei ostenderunt, dum pro salute omnium laborârunt, quod idem ipsum est. quod autem idem titulus cum auctoritate subsistere possit, declarat ipse christus Joan. 15. 15. ubi ait: „jam non dicam vos servos, „quia servus nescit, quid faciat Dominus eius. vos autem „dixi amicos, quia omnia, quecunq; audivi à patre „meo, nota feci vobis.„ et Paulus licet factus sit omnium servus, tamen ad corinthios 2. cor. 13. 10. scripsit: „ideo hoc absens scribo, ut non praesens durius agam „secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in „aedificationem et non in destructionem.„

Eiusdem antiquitatis est etiam osculum pedis. „factum „est, ait scriptura act. 10. 25., cum introisset Petrus, obviam „venit ei Cornelius, et procidens ad pedes eius adoravit.„ quare Cornelius hoc fecit? quia ipsum considerabat ut apostolum christi, et instructorem suum. quod Petrus tunc fuit, modo est Summus Pontifex, cur ergo non similis ei debeatur honor? et licet Petrus hunc honorem

honestè recusârit, tamen ratione officij ideo dignus erat, quod Cornelius solum peperdit. dein summus Pontifex repræsentat personam Christi, hic autem pluries Luc. 7. 45. pedes suos à muliere penitrice osculari permisit, quia per hoc suam subjectionem et amorem contestabatur, si ergo idem honor summo Pontifici ex pari ratione exhibetur, quid inde arguendum? deinde hic honor summo Pontifici non ut homini exhibetur, sed quatenus repræsentat personam Christi, unde non pes eius aut crepida, sed crux in ea sigrata osculatur, quod signum clarum est, hunc honorem non ipsi solum sed Christo ipsi exhiberi. quare Christus ipse ait Luc. 10. 16. " qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, " spernit eum, qui misit me. " eque sibi hoc libertine. Denique quid tum, si cæsar Josephus II. sibi manum osculari non permittit, an propterea ipsa idem facere tenetur? cur non arguunt in alis Imperatoribus genuflexionem, quam in audientia publica retinerunt, quæ tamen est verum signum adorationis? si respondent, hoc ideo fieri, quia hic Principes repræsentant ipsum Deum: at non etiam Pontifex repræsentat personam Christi? ecce! quale odium erga Ecclesiam Christi, dum in Principe laico idem approbant, quod in capite Ecclesiæ arguunt.

N. 244.

Ad 2dum Christum hunc titulum Magister bonus non recusasse, quod bonus non esset, quia de se ipso ait Math. 23. 10. " magister vester unus est Christus " sed quia hic interrogans eum non ut Deum agnoscebat, unde ut ipsum instruaret, se Deum esse hoc ipso quia illum bonum confitebatur, statim subjunxit Math. 19. 17. " quid " me interrogas de bono? unus est bonus Deus. " quod

et Joan. 10. 11. " ego sum pastor bonus. "

318 idem est, ac si diceret: quia me appellas bonum, et nemo bonus est nisi deus, ergo etiam credis, et debes, me esse deum.

Quod titulum Sanctissimus spectat, se ipsum vocat hic Libertinus, se omnino non in scripturis sacra et in historia Ecclesiastica versatum esse. hic titulus dabatur olim omnibus fidelibus, prout S. Paulus in omnibus ferè suis Epistolis concludit dicens: Salutate Sanctos, et antiqui SS. Patres in omnibus litteris unus alteri hunc titulum Sanctissimus attribuit, cur ergo Papa tanquam capiti omnium fidelium illum abnegare poterunt? dein an non ipsi Principes Laici ratione officij hoc titulo uti possunt, cur non et Papa?

N. 245. X. addit Seu Cantilenam jam antiquam haereticorum et Libertinorum, quam omnes novellae acatholicae semper de novo per totam germaniam buccinant, ut tam Papam quam curiam Romanam Principibus terrenis odiosam reddant, puto ego, qui nullam informationem de hac re habes, quod, antequam tales calumniae disperguntur, tales buccinatores certam probam de hac avaritia exhibeant. Sane si Papa aut curia Romana desuper queraretur, certè aliud facit proveniret. si Principes terreni quotide novos census et tributa imponunt, obmutescunt, nec verbulo contradicunt, quidquid autem Ecclesiae tributur, ipsi nimium videtur. dein si quis error irrepserit, contingeret, quin gregorio septimo adscribi possit, qui nihil ex avaritia sed ex justitia, quidquid acquirit, petiit. huius Papae inimicissimi hostes sunt, tam haereticis quam

Libertini nostri et hoc absq ratione; nam si scirent
et legerent, quid ab Henrico Imperatore passus fuerit,
quam calumniose illum tractaverit, et deposuerit, ipsi
fateri deberent, Gregorium nil aliud fecisse, quam
quod facere debuit, ut tot scandala eliminet, et Ec-
clesiæ pacem restituat. quod auctor addit, quod prin- N. 246.
cipes catholici levantur sumos Pontifices ad limites
antiquos remittere, loquitur sine ratione et scientia.
an ipsi suam auctoritatem et potestatem à principibus
laicis acceperunt? antiqui Cæsares semper contrarium
crediderunt: sic enim ait Honorius Imperator in Epistola
ad Theodosium augustum de ao 422. „ nam cum favore
„ Divino nostrum semper gubernetur Imperium, proul
„ dubio idem urbis Ecclesia specialiter nobis cultu vene-
„ randa est, ex qua et Romanum principatum accipimus,
„ et principium sacerdotium „ vide Harduin. Concil. Tom. 8.
fol. 759. aut ipsi antiquiores minorem habuerunt
potestatem, quam moderni pretendunt? audiamus
unicum nempe Gelasium I. qui ao 494. vixit, et in
Epistola ad Anastasium augustum sic loquitur. „ duo
„ sunt Imperator Auguste, quibus principaliter hic
„ regitur mundus, authoritas sacra Pontificum et re-
„ galis potestas, in quibus tanto gravius est pondus Sacer-
„ dotum, quanto etiam pro ipsis Regibus vel legibus ho-
„ minum in Divino sunt examine reddituri rationem.
„ licet enim profideas humano generi dignitate rerum,
„ tamen pro sublimibus Divinarum devotus colla submittis,
„ atq ab eis causas tuæ salutis expectas, inque

„sumendis caelestibus sacramentis eisque pro ut competit
„disponendis subdi se debere cognoscis, religioni
„ordine potius quam praeesse.“ Si ergo Papa suam potes-
tatem à regali potestate penitus distinctam acquirere,
et ipsi reges ei in spiritualibus subditi sunt, qui poterunt
Principes catholici illos ad limites antiquos reducere,
cum Pontifices moderni non majorem habeant potesta-
tem, quam antiqui habuerunt? hinc

N. 247. Ex. ad 4tum quod tam catholicismus quam curialismus
suos certos limites habeat. christus dedit Petro claves
regni caelorum, Regi gladium ad vindictam male-
ficorum, quae duae potestates toto caelo differunt, et
nulla cum altera communicationem habet.

Quod addit, quod quis possit esse catholicus sine legibus
vaticani, debuisset se auctor melius explicare, quas-
nam leges vaticani intelligat. si loquitur de legibus
civilibus res certa est. si autem sub his legibus in-
telligit leges disciplinares aut morales, longè aliter
dicendum. Lex disciplinaris reducit hominem ad poenitentiam
et in bono conservat, consequenter ei obedire quivis
catholicus tenetur, quia Deus ipse sic ordinavit, unde
apostolus Rom. 13. 2. ait: „itaque qui resistit potestati, dei
„ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi dam-
„nationem acquirunt.“ quod leges morales attinet
est hic auctor cum hereticis et libertinis nostris in
falsissimo suppositio, quasi nos catholici tam religionem
quam doctrinam christianam acceperimus à solis Pontifi-
cibus, et illos quasi legislatores veneremur. nos nihil
aliud credimus quam quod christus docuit, et nobis in

sacra scriptura revelavit. sed fuit hoc fides mediantibus apostolis omnibus hominibus praedicata fuit, sic et eandem quoque sedem Apostolicam incorruptam remanisse credimus, quia christus pro Petro rogavit ut non deficiat fides sua, et ipsi praecepit, ut confirmet fratres suos. Papa non est Legislator in causis Religionis sed annuntiator legis christi et in ambiguis rebus declarator, quem eo ipso sequi debemus, quia ab ipso christo ceu caput ad regendam Ecclesiam suam constitutus est, et quis catholicus esse non potest, qui huic capiti unitus non est. unde haeretici catholicos malè papistas vocant, quasi solumodo doctrinam papalem sequerentur, nam solam doctrinam christi profitentur, sed per sedem apostolicam nobis traditam.

N. 248.

2 ad 5tu quod necessarium sit, ut concilium nationale in germania celebretur pro jura episcopalia sartatecta conservare. sed quare concilium nationale tantum? hoc negotium tangit omnes episcopos totius Ecclesiae, ergo etiam ab omnibus deberet approbari. quare in germania tantum? quia autor fuit, quod plures episcopi in germania sint, qui ab obedientia papae in favorem principis libenter recederent, et sic facilè vota majora obtineri possent. et ad quid tale concilium? episcopi omnia sua jura habent, quae ipsis debentur, ut N. 150. et 159. ostendi. et si fortè plura pretenderent, an tale concilium à papa unquam ut legitimum agnosceretur, aut confirmabitur, sine cuius confirmatione tamen nullum robur habet, ut N. 167. et 169. videre est?

N. 249.

2do. in quo officium divinum melioretur, aut simplicius reddatur? fortasis displicent nostris libertinis longa

N. 250

nostro Litanio, plures ceremonias, pompa aut musica musicam quod attinet, ipse David jubet psal. 150. 3. „Laudate Dominum in sono tubæ: Laudate eum in „psalterio et cithara: Laudate eum in tympano et „choro, Laudate eum in chordis et organo: Laudate „eum in cymbalis bene sonantibus, Laudate eum in „cymbalis jubilationis:„ an non et idem Deus est adhuc hodie, quem David olim sic laudavit? an non et hodie ei idem honor debetur?

Item cum quali pompa sacerdotes veteris legis sacrificia sua celebare debuerunt, ubi Deus ipse vestes pretiosissimas et omnia vasa sacra ex auro et argento fieri præcipit? et præterea varias ceremonias ordinavit, quæ sunt mandata Dei observari debuerunt, an non et hodie eidem deo sacrificatur?

Litanis Sanctorum ipsis utique placere non possunt, quia omnem cultum Sanctorum reijciant, sed quam male paulò inferius demonstrabitur.

N. 251.

Spina capitalis, quæ oculos eorum pungit, est Missa, quam aut omnino sublatam volunt, aut ut in lingua materna celebretur, ut saltem aliquam conformitatem cum cena acatholicorum habeat. sed forsan in nullo prevalebunt. Missa est sacrificium principale Religionis christianæ ab ipso christo quoad substantiam institutum, et ut in sui memoriam semper offeratur, præceptum. adeoque tolli non potest, quin ipsa Religio tollatur. et quod sit verum sacrificium, inferius, cum de Religione agetur, probabitur.

Quod autem in Ecclesia Romana in lingua latina celebretur, de decentia est, ut caeteras Ecclesias filiales in hoc matricem sequantur, sed de fide non est, quia et ipse Christus hoc sacramentum in lingua materna instituit, et apostoli in quavis provincia populo se conformarunt. item graeci aliique populi in sua lingua usque hodie Missam celebrant. interim an tam antiqua consuetudo in favorem horumce libertinorum et acatholicorum tam facile tollatur, valde dubito. nec populus propterea in aliquo defraudatur, quia sufficienter instructus est, quid in Missa agatur, et ex quibus partibus constet, plures libros ad manus habet, ex quibus cum celebrante in sua lingua fere omnia saltem necessaria perficere potest. Neque etiam acatholicis propterea aliquod emolumentum accessit, quia sive Missa in hac vel illa lingua celebretur, erit quod catholicos semper sacrificium, ubi tamen quod acatholicos ex defectu sacerdotum non nisi figura manet.

q et sic quodavis regat, oculus supplet. dein

q illorum cena

3tio. Religionem christianam ad originariam simplicitatem et puritatem reducere Ecclesia catholica quis non habet, quia usque hodie nil aliud docuit ac tenuit, quam quod apostoli praedicaverunt, et nobis in scriptis reliquerunt, ut ex tota doctrina catholica patam est. unicum quod in hoc puncto haereticis nobis semper objiciunt, sunt res, ~~publicae~~ v.g. varii ordines, peregrinationes, confraternitates, benedictiones rerum varearum quae non sunt de fide, sciant autem, hae

N. 252.

q non praecepta sed mere facultatis

omnia non esse contra; sed juxta Scripturam Sacram quæ aut in illa expressè continentur, aut ex illa clarè deducuntur, ut inferius de Religione patebit.

Forsitan interitum Huius auctoris est, ut Religio catholica ad simplicitatem Religionis Lutherana reducatur, quæ revera adeo simplex est, ut nulli Religioni similis videatur, præter concionem enim et quasdam preces et psalmos nihil habent, quo Deum colunt, quod autem ad Religionem christianam non sufficit, cum nulla Religio sine sacrificio subsistere possit, ut inferius demonstrabitur. et ipsa concio non sit ortus Religionis, sed doctrina, quî Deus coli debeat, et si hoc est falsa, prout revera falsa est, omnes alias actiones Deo odibiles facit; sic enim christus ipse ait Matth. 15. 9. „ sine causa autem „ colunt me, docentes doctrinas et mandata Hominum „ nec illorum prolensa fides eis patrocinatur, quia Vorum fides est falsa, nec sufficit credere Deum esse, et christum pro nobis satisfecisse, nam ut christus ait Matth. 7. 21. „ non omnis, qui dicit mihi: „ Domine Domine intrabit in regnum cælorum, „ sed qui faciet voluntatem Patris mei — fidelis — qui „ audit verba mea hæc et facit ea. „ quia autem et Vos docent, impossibile esse, mandata Dei servare, quod maxima calumnia in Deum est, ideo illorum fides est falsa. quia igitur fides est fundamentum Religionis, consequenter si ipsa est falsa, etiam Religio nulla est.

Si igitur hic autor verum zelum religionis habet, laborare potius deberet, ut hæretici ad fidem veram convertantur, non ut religio vera perverteatur. Sed frustra, ut primi christiani in simplicitate et puritate vixerunt, ipse vivere non potest, dicit enim 4to. quod leges disciplinares antiquæ omnino tolli, et pro hisce temporibus comodiores statui debeant, per quæ verba clarè indicat, se christianum non esse. David ait psal. 17. 36. „ disciplina tua correxit me in „ finem, et disciplina tua ipsa me docebit. „ disciplina ergo est correctio peccatoris, et doctrina, quid faciendum et omittendum sit, et finis huius correctionis et doctrinæ est observatio mandatorum Dei. ideo ait Salomon Sap. 3. ii. „ Sapientiam et disciplinam „ qui abijcit, infelix est, et vacua est spes illorum, „ et labores sine fructu, et inutilia opera eorum. „ talis enim homo clarè indicat, se nolle mandata Dei servare, quare sublatam disciplinam cupit, ne vi ad observationem illorum adigatur, et ut verus libertinus vivere valeat, quod ex puncto

N. 253.

Oto melius innotescit, ubi ait: christum tantum duo præcepta dedisse, nimirum dilectionem Dei et proximi, et dixisse: jugum meum suave est, et onus meum leve, ad quid ergo per plura præcepta hæc duo intolerabilia facere? Sic ludunt hæretici et libertini nostri cum sacra scriptura. quotiescunque verbulum aliquod in ea inveniunt, quod ipsi patrocinari videtur, statim triumphum canunt: sed quod scripturam non intelligant, mox

N. 254.

patebit. verum est, quod Christus tantum hoc duo precepta dederit, tanquam precepta maxima, quia in his duobus universa lex pendet et prophete: Math. 22. 40. Sed questio nunc est, in quo consistat dilectio Dei et proximi? forsan in his verbis: diligo Deum et proximum? sic putant sed errant. Christus ait Joan. 14. 15. „Si diligitis me, mandata mea servate -- si quis diligit „me, sermonem meum servabit -- qui non diligit me „sermones meos non servat." ergo hoc utraq; dilectio consistit in observatione omnium mandatorum Dei, quæ Deum et proximum respiciunt. ibi „qui habet „mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me. qui „autem diligit me, diligetur à Patre meo, et ego diligam „eum, et manifestabo ei meipsum." hoc mandata autem videntur tantum impiis intolerabilia non justis, quibus jugum suave et onus leve sunt, unde David Psal. 118. 125. ait: „Servus tuus sum ego, da „mihi intellectum, ut sciam testimonia tua - ideo dilexi „mandata tua super aurum et topazion. propterea „ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam „iniquam odio habui." et sic de amore ~~proximi~~ Coqueud.

N. 255

vel hic autor nihil sanctum intactum relinquat 7mo et ultimò Sanctis ipsis nunc bellum indicit, dum ait: unde Papa jus habet canonizare Sanctos? non ex Scriptura. dein Sanctos aliter venerari non possumus nisi imitando eos. miracula sunt fabulæ et scandalum acatholicorum. jam quæro ego: unde Lutherani jus habent, Lutherum beatum appellare? ex Scriptura certè non, quæ eum potius damnat, quam beatificat.

David ait psal. 33. 22. „mors peccatorum pessima.“
quod autem Lutherus tanquam peccator maximus
ut sacrilegus et adulter hac poenitentia ex hac
vita migrarit, constat ex hoc, quia poenitentiam
semper abhorruit, et ipsum sacramentum subtulit:
nunc autem ait christus Luc. 13. 5. „si poenitentiam
non egeritis, omnes similiter peribitis.“ forsitan
fundant se discipuli sui in proprio suo effato, ubi dixit
se tam sanctum esse, quam matrem Dei et Petrus et
Paulus, at christus ait Joan. 5. 31. „si ego testimonium
„perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.
„alius est, qui testimonium perhibet de me: et scio,
„quia verum est testimonium, quod perhibet de me.“
Deus solus est, qui justificat et sanctificat homines,
ipse etiam solus scit, qui sint eius. ergo ut sciamus,
quos sanctificaverit, et sua gloria participes fecerit,
ex testimonio ipsius agnoscere debemus. hoc testi-
monium autem nil aliud esse potest, quam specialis
revelatio, aut miracula, quae Deus ad ostendendam
illorum sanctitatem per illos patrat. sic christus
nobis Luc. 11. 5. revelavit justitiam abelis: et Luc. 16.
23. beatitudinem abrahae et Lazari mendicij. et
Joan. 6. 36. ait: „opera enim, quae dedit mihi pater
„ut perficiam ea: ipsa opera, quae ego facio, testi-
„monium perhibent de me, quia pater misit me.“
si ergo revelationem specialem aut miracula, quae
Deus per sanctos suos patrat, habemus, quis de sancti-
tate alicuius justi dubitare poterit, nisi Deum ipsum
ut decepturum accusare velit? si autem dubitant de
veritate miraculorum, legant quae N. 228. dixi.

cur igitur Papa non potest aliquem canonizare et illum Sanctum declarare, de quo de sanctitate illius ex infallibilibus signis jam certus est? Quis apostolos Sanctos declaravit nonne primitiva Ecclesia? si ergo adhuc eadem signa, propter quod Ecclesia apostolos sanctos declaravit, adsunt, quid prohibet tales justos etiam hodie sanctos declarare? Papa per hanc canonizationem illos non sanctificat, sed tantum illos ut sanctos Ecclesiæ proponit, tum ut fideles viventes illos ut tales veneretur, tum ut eos in suis operibus imitentur.

q non opus est ut hanc potestatem ex scriptura probet, sufficit, quia christus ei claves ad regnum cœlorum tradidit, ut tanquam portarius fiat, qui in illud ingressus fuerit. dein

Sed hoc ipsa propositio est ignis offensionis, qui acatholicos scandalizat. Lutherus ipsis prohibuit Sanctos venerari, et ne contra hoc mandatum aliquid faciant, etiam miracula ut fabulas explodunt, ne illos ut sanctos agnoscere debeant, et dicunt, sanctos non posse aliter honorari nisi per imitationem. quod miracula spectat, parum aut nihil refert, an negant, vel agnoscant, quia unus stultus plus potest negare quam centum docti probare: et si ipsi cæci sunt, et cæci manere volunt, præterea non totus mundus cæcutire tenetur, et propter scandalum quod inde assumunt, Religio christiana et veritas revelata deserenda non est. pharisæi etiam Matth. 15. 12. de doctrina christi scandalizati sunt, „ at ille respondens ait: sinite illos: cæci sunt, et duces cæcorum: „ cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadent.“ dein si miracula sustinere q

q non possunt, prohibeant ne deus ulla amplius patret, nam quamdiu deus merita Sanctorum suorum per miracula nobis manifestat, cessare non possumus Sanctos venerari.

Quod autem Sancti non tantum venerandi sint, sed

et nobis auxilio esse possint, ~~hic praecipuus~~ est doctrina
antiquissima in veteri testamento jam usitata et
in novo confirmata. Cum Deus Exod. 32. 8. populum
Israel propter vitulum conflatilem graviter punire
decrevisset, Moyses ut hanc poenam avertat, omnem
fiduciam suam in merita patrum suorum posuit, et
et sic Deum precatus est: „recordare abraham, Isaac
„et Israel servorum tuorum, quibus juraſti per temet-
„ipsum dicens: multiplicabo semen vestrum sicut
„stellas coeli, placatusque est Dominus ne faceret malum.
Item cum Rex Sennacherib Jerusalem obsideret, ad
preces Ezechiae 4. Reg. 19. 34. Deus ita respondit: „pro-
„tegam urbem hanc et salvabo eam propter me, et
„propter David servum meum.“
Item 4. Reg. 13. 21. „quidam autem sepelientes hominem
„viderunt latrunculos, et projecerunt cadaver in sepulchro
„Elisei. quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo,
„et stetit super pedes suos.“
Item 2. Machab. 15. Scriptura refert, Oniam, qui fuerat
summus Sacerdos ad Judam Machabeum in somnis dixisse:
„hic est fratrum amator, et populi Israel: hic est qui
„multum orat pro populo, et universa sancta civitate
„Jeremias propheta Dei. extendisse autem Jeremiam
„dextram, et dedisse Judae gladium aureum dicentem:
„accipe sanctum gladium munus a Deo, in quo deijcies
„adversarios populi mei Israel.“
In Testamento novo: Matth. 19. 28. ait Christus ad apostolos:
„amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me in regene-
„ratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis
„suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes

„duodecim tribus Israel.“ Jam si apostoli cum christo
in cœlo judicant tribus Israel, et christus semper omnes
mortuos judicat, quare sancti nil de nobis faciant?

Item apoc. 6. 9. dicitur: „et cum aperuisset sigillum
„quintum, vidi subtus altare animas interfectorum
„propter verbum Dei, et propter testimonium, quod ha-
„bebant, et clamabant voce magna dicentes: usquequo
„Domine (: sanctus et verus :) non judicas, et non vin-
„dicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in
„terra? et dictum est illis, ut requiescerent adhuc
„modicum tempus, donec compleantur conservi eorum
„et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.“

N. 256 Item S. Paulus heb. 1. 14. de Angelis ait: „nonne sunt
„omnes administratorij spiritus, in ministerium missi
„propter eos, qui hereditatem capient salutis?“ juxta
idem, quod deus Exod. 23. 20. dixit: „ecce ego mittam
„Angelum meum, qui praecedat te, et custodiat in via,
„et introducat in locum, quem paravi: observa eum
„et audi vocem eius.“ et christus ipse Math. 18. 10.
nobis insinuat, quemvis hominem habere angelum
custodem, dum ait: „videte ne contemnatis unum
„ex his pusillis, quia angeli eorum in cœlis semper
„vident faciem patris mei, qui in cœlis est.“ Jam
sic dico: si angeli sunt nostri gubernatores, defensores
et instructores, an non etiam eis debemus honorem
et reverentiam? an Tobias et alij, ad quos Angeli
missi sunt, erraverunt, dum eos veneratisunt? non,
sed eos ut legatos Dei agnoscebant, et in eis ipsum
Deum veneratisunt. an non idem faciunt acatholici
erga legatos stringum? qualis ergo impudentia

Deo et Legatis suis debitum honorem abnegare, quem tamen tam hilariter hominibus exhibent? si autem angelis ut Legatis Dei honor debetur, cur non et Sanctis qui sunt amici et filij Dei, et cum illo judices totius mundi? qui semper intercedunt pro nobis, et propter intercessionem illorum Deus nobis gratias maximas quotidie largitur? aut hoc iterum negatis? si ergo neqs Deo, neqs S. Scripturae, neqs testibus omni exceptione majoribus aliquam fidem adhibetis, ergo ite in infernum et interrogate damnatos, qui sicut vos hanc veritatem non crediderunt, sed maximo seo damno duritiam suam nunc luunt. an dives quilo Luc. 16. 24. clamans ad abraham dixisset: " Pater abraham miserere mei, et " mite Lazarum, ut intingat extremum digiti sui " in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior " in hac flamma " nisi sciuisset, Lazarum jam in sinu abrahae recumbentem ei auxilio esse posse? certè non, quia frustra aliquid petitur ab eo, qui juvare non potest. scivit ergo, quod Lazarus eum refrigerare posset, sed nimis sero hanc veritatem agnovit, quia in inferno nulla amplius est redemptio, et quin Sancti damnatos juvent, eos condemnant.

Ex his igitur satis constat, quam impiè haeretici et Libertini nostri Sanctis debitum honorem abnegent non attendentes, quod Deum ipsum per hoc vel maximè calumnientur. nam qui Sanctos spernit, spernit christum, quia sunt amici et fratres christi. qui autem christum spernit, spernit et Deum, qui hanc calumniam gravissimè vindicabit.

N. 257.

Nunc ad capitalem quæstionem nimirum traditionem
iterum redeo. Quod Ecclesia catholica traditionem
divinam semper pro altera fidei regula tenuerit, constat
ex antiquissimis SS. patribus et conciliis, ex quibus tan-
tum unum nimirum Tridentinum huc appono, quod
sess. 4. in decreto de canonicis scripturis ita loquitur:
„Sacrosancta, œcumenica et generalis Tridentina Synodus
„perspiciens veritatem fidei et disciplinam morum con-
„tineri in libris scriptis et sine scripto in traditionibus,
„quæ ipsius Christi ore ab apostolis acceptæ, aut ab ipsi-
„apostolis Spiritu Sancto dictante, quasi per manus tra-
„ditæ ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum patrum
„exempla secuta, omnes libros tam veteris quam novi
„testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, necnon
„traditiones tum ad fidem tum ad mores pertinentes,
„tanquam vel oralenus à Christo, vel à Spiritu Sancto
„dictatas, et continua successione in Ecclesia conser-
„vatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et
„veneretur.“ Cur autem hæretici eam rejiciant,
ratio in aperto est, quia si hanc admiterent, totum
illarum religionis ædificium corrueret. nam ad
quæstionem: quænam sit vera Religio Christi decidendam,
necessario usque ad tempus institutionis eius redire
debemus, ut videamus, quæ ab apostolis et eorum
successoribus observata fuerint. et quia plura sunt, quæ
in scriptura sacra non continentur, observantia illius
temporis nos docere debet, quæ tenenda et credenda sint,
et an semper ab antecessoribus nostris observata fuerint,

sunt quoddam, quæ ab illo tempore semper observata fuerunt, tunc credere debemus, vel à Christo vel ab apostolis instituta et ordinata fuisse, etsi in scriptura sacra non contineantur.

Nos catholici sumus in hoc puncto feliciores hæreticis, qui nec quicem de sua doctrina et Religione abiitis temporibus offendere possunt, ex quo sequitur, illorum doctrinam et Religionem non esse doctrinam Christi et Apostolorum, sed novum figmentum humanum, de quo Christus Math. 15. 13. ait: "omnis plantatio, quam non "plantavit pater meus cœlestis eradicabitur." ubi econtra nos catholici nostram doctrinam et Religionem à primo sæculo usque in hodiernum diem ex SS. Patribus et conciliis et consequenter per traditionem continuam probare possumus, quod signum certum est, nostram Religionem esse Religionem à Christo institutam.

Sed sinamus eos in tenebris palpitare, quia se convertere nolunt. Hoc unicum agere non possum, quod adeo cæci sint, ut non comprehendant, se quod ore negant, factis probare. observatio diei Dominicæ loco Sabbati: baptizatio infantium ante usum rationis, assistentia Parochi et benedictio nuptiarum ~~s.~~ habentur ex mera traditione, quia nec verbum in S. Scriptura de his rebus invenitur et tamen hæretici nostri observant sicut catholici, an ergo traditionem non factis probant, quam ore negant? qualis contradictio in illorum doctrina? ~~sed doctrina Christi.~~

ut autem Lector clarè perspiciat, Ecclesiam
primitivam multa ex mera traditione obser-
vasse etiam in rebus fidei, quæ usq; hodie
in Ecclesia Catholica etiam observantur,
unicum testimonium ex Tertulliano hic
apposuisse sufficiat, qui in libro de corona
militis sic ait: „ quomodo usurpasti quidpoteß
„ si traditum prius non fuit? etiam in tra-
„ ditionis obtentu exigenda est, inquis, aucto-
„ ritas scripta. ergo probamus, an et traditio
„ nisi scripta non debeat recipi? planè negabimus
„ recipiendam, si nuda exempla præjudicent
„ aliarum observationum, quas sine ullius scrip-
„ turæ instrumento, solius traditionis titulo, et
„ exinde consuetudinis patrocinio vindicamus.
„ deniq; ut à baptismate ingrediar, aquam
„ adituri, ibidem, sed et aliquanto prius in
„ Ecclesia sub Antistitis manu contestamur,
„ nos renuntiare diabolo, et pompæ et Angelis
„ eius. dehinc merguitamur amplius aliquid
„ respondentes, quàm Dominus in Evangelio
„ determinavit. inde suscepti lactis et mellis
„ concordiam prægustamus, exqs ea die la-
„ vacro quotidiano per totam hebdomadam
„ abstinemus. Eucharistiæ sacramentum
„ et in tempore victus et omnibus mandatum
„ à Domino etiam antelucanis coetibus,

„ nec de ~~[illegible]~~ aliorum manu quam præsidentium sumimus. oblationes pro defunctis, „ pro natalitiis annua die facimus. die Dominico jejunium nefas ducimus, et de genuiculis adorare. eadem immunitate à die „ Paschæ in Pentecosten usq; gaudemus. „ Calicis aut panis etiam nostis aliquid decuti in terram ancie patimur. ad „ omnem progressum atq; promotum, ad „ omnem aditum et exitum, ad calciatum, „ ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad „ cubilia, ad sedilia, quaecunq; nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo „ terimus. Harum et aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules scripturarum, „ nullam invenies. traditio tibi prætendetur „ auctrix, consuetudo confirmatrix, et fides „ observatrix. „ eis ergo magis credendum „ an novatoribus hæreticis, an ecclesiæ primitivæ?

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST